PA
6121
A7D5

OTTO HARRASSOWITZ
LIBRARY AGENT
: LEIPZIG :

[redacted]

KLEINE TEXTE FÜR THEOLOGISCHE UND PHILOLOGISCHE
VORLESUNGEN UND ÜBUNGEN
HERAUSGEGEBEN VON HANS LIETZMANN

69

# POETARVM ROMANORVM VETERVM

## RELIQVIAE

SELEGIT

ERNESTVS DIEHL

170301.
7.4.22.

BONN
A. MARCUS UND E. WEBER'S VERLAG
1911

PA
6121
A7D5

Poetarum Romanorum veterum reliquias post Aemilium Baehrens edituro nova quodammodo fundamenta iecerunt I. Vahlen, Fr. Leo, Fr. Marx, viri huius aevi in litteris Latinis ingenii subtilitate et doctrina praeclarissimi, qui recensuerunt et enarraverunt carminum vetustissimorum atque Saturniorum versuum rudera, et Ennianae poesis reliquias ac C. Lucili carminum.

Gravissima illa linguae Latinae litterarumque Romanarum monumenta emendata ut iuventuti antiquitatis studiosae in manibus essent, quaecumque integram fere sententiam exhibebant e fragmentorum congerie excerpsi atque selegi adiecta praeter lectiones varias pressa ubi opus esse videbatur interpretatione.

Neque secludendas esse censui ab hac anthologia poetarum scenicorum reliquias Thesauri linguae Latinae in usum ab Ottone Ribbeck sub auspiciis divi Francisci Buecheler ante duodecim fere hos annos tertium editas, praesertim cum et recenti Nonii Marcelli editione a Wallacio Lindsay curata et Vahleni, Leonis, Skutschii aliorum studiis scenicis metricisque non uno tantum nomine tragicorum quoque et comicorum poetarum fragmenta pleraque emendatoria hodie legantur. Contra praeter Atellanarum mimorumque auctores celeberrimos poetas liberae rei publicae labentis bonos malosque in hoc concilium evocare nolui, ne praeter modum hoc volumen accresceret.

Auctorum veterum sigilla notasque criticas Thesauri l. L. indici in universum accommodavi et editorum usui pervulgato, reliqua autem revocant ad editorum recentium nomina, e quibus notaveris Leo[1] = Der Saturnische Vers v. Fr. Leo Berlin 1905, Leo[2] = De Tragoedia Romana Observationes criticas scr. Fr. Leo Gott. 1910.

## CARMINA VETVSTISSIMA

**1** *a* divum empta cante! divum deo supplicate!
*b* quome tonas, Leucesie, prae tet tremonti
quot ibe tet e nubi deiscunt tonare
*c* cozeulodorieso. omnia vero adpatula coemisse. ian cusianes duonus ceruses. dunus Ianusve vet pom melios eum recum

**2** Mars pater, te precor quaesoque uti sies volens propitius mihi domo familiaeque nostrae, quoius rei ergo agrum terram fundumque meum suovitaurilia circumagi iussi, uti tu morbos visos invisosque, viduertatem vastitudinemque, calamitates intemperiasque prohibessis defendas averruncesque. utique tu fruges, frumenta, vineta virgultaque grandire beneque evenire siris, pastores pecuaque salva servassis duisque bonam salutem valetudinemque mihi domo familiaeque nostrae: harumce rerum ergo, fundi terrae agrique mei lustrandi lustrique faciendi ergo, sicuti dixi, macte hisce suovitaurilibus lactentibus inmolandis esto: Mars pater, eiusdem rei ergo macte hisce suovitaurilibus lactentibus esto!

**3** flamen sume samentum

**4** adesto Tiberine cum tuis undis

**5** religentem esse oportet, religiosus ne f⟨u⟩as

---

**1** carminis Saliaris frustula maiora cf. in universum M. Schanz R. L. G. I 1[3] 19. 349 *a* Varr. ling. 7, 27 *empta: patrem* Maurenbrecher: *parentem* Baehrens '*canite*' *supplicante* cod.: em Grotefend *b* Ter. Scaur. GL VII 28 ad *pr. t. tr.* cf. Fest. 205 1 *cuine* Bern. s. X (cf. Leo[1] 40[2]) *ponas* trad. '*Luceti*' cf. Gell. 5, 12, 7 *pre tet tremonti* Fest.: *praetexere monti* Ter. Scaur. ll. 2 *quot ibet etinei de is cum tonarem* trad.: explicare conatus est Leo[1] *c* Varr. ling. 7, 26 ad singula cf. Maurenbrecher p. 331. 335. 339. 347. 349 et Varronis editores in testimoniis et adnotatione locupletissima **2** Cat. agr. 141 *(agrum lustrare sic oportet. imperat suovitaurilia circumagi . . . Ianum Iovemque vino praefamino, sic dicito)* 4 *tum orbos* trad. 8 expectaveris *duonam* **3** Fronto p. 67 N. *(Anagniae in porta cum exiimus . . . scriptum erat bifariam)* **4** Serv. Aen. 8, 72 *(sic . . . Tiberinus invocatur in precibus)* **5** Gell. 4, 9, 1 (teste Nigidio Figulo '*ex antiquo carmine*') *nefas* ll. cf. Leo[1] 39. 59 Zander Versus Italici antiqui p. 10

6 ego tui memini,
medere meis pedibus.
terra pestem teneto,
salus hic maneto
in meis pedibus
7 *a* postremus dicas, primus taceas!
*b* ne ningulus mederi queat
*c* quamvis noventium duonum negumate!
8 hiberno pulvere verno
luto grandia farra,
Camille, metes
9 novom vetus vinum bibo,
novo veteri morbo medeor
10 nec huic morbo caput crescat,
aut si crerit tabescat
11 pastores te invenerunt,
sine manibus collegerunt,
sine foco coxerunt,
sine dentibus comederunt
12 occursatrix artificum perdita spinturnix
13 *a* ⟨. . . ae⟩qui animi compotem esse,
ne quid fraudis stuprique ferocia pariat
*b* amicum cum vides obliscere miserias,
inimicus si es commentus, nec libens aeque

---

**6** Varr. rust. 1, 2, 27 (e Sasernarum libro incantamentum *cum homini pedes dolere coepissent . . . hoc ter noviens cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunium cantare*) 3 s saturnii speciem prae se ferre olim cognitum est. ceterum cf. Leo[1] 62 **7** *a* Isid. orig. 6, 8, 12 *(apud Latinos Marcius vates primus praecepta composuit)* cf. Leo[1] 31. 79 Havet 399 *b* Paul. Fest. 176 ‘*n.*’ *nullus Marcius vates* *c* Fest. 165 *moventium* cod.: em Buech. ‘*negate*’ **8** Paul. Fest. 93 *(in antiquo carmine cum pater filio de agri cultura praeciperet)* Macr. sat. 5, 20, 18 Serv. auct. georg. 1, 101 cf. Leo[1] 63 **9** Varr. ling. 6, 21 *(Meditrinalibus vinum ⟨novum⟩ et vetus libari et degustari medicamenti causa. quod facere solent etiam nunc multi cum dicant)* Paul. Fest. 123, 15 1 *novum* Varr. Paul. 1 s *vetus novum, veteri novo* Paul. 2 *veteri vino* cod. Varr. cf. Leo[1] 63 **10** Marcell. med. 8, 191 *creverit* trad. cf. Leo[1] 64 **11** Marcell. med. 21, 3 (28, 16) Pelagon. p. 121, 58 cf. Leo[1] 63 s Heim Incantamenta magica 492 Zander l. c. 47 **12** Fest. 333 ‘*avis genus turpis figurae*’ **13** *a* Fest. 317 *in Appi* (scil. *Claudi*) *sententis* 1 suppl. Leo[1] (52[1]. cf. 55) *compote* Zander Marx 2 ‘*turpitudinis*’ *b* Prisc. GL II 384 1 *obliviscere* ll. 2 σεσοφισμένος cf. Leo[1] 45. 33 s adde ex auctore epistulae ad Caes. de re publ. 1, 1, 2 *verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse suae quemque fortunae*, unde Leo[1] p. 66[2] restituit ⟨*escit*⟩ *suas quisque faber fortunas, alii alia*

**14** hunc unum plurimae   consentiunt gentes
populi primarium   fuisse virum
**15** fundit fugat prosternit   maximas legiones
**16** duello magno dirimendo   regibus subigendis
**17** *a* avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, inritus qui habebatur, is laudabatur
*b* vestiri in foro honeste mos erat, domi, quod satis erat. equos carius quam coquos emebant. poeticae artis honos non erat. si quis in ea re studebat, aut sese ad convivia adplicabat, 'crassator' vocabatur
*c* nam vita humana prope uti ferrum est. si exerceas, conteritur, si non exerceas, tamen robigo interficit. item homines exercendo videmus conteri. si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio
**18** veteres Casmenas, cascam rem volo profari

---

**19** *a* consulto producit eum   quo sit impudentior
*b* quem non rationis egentem   vicit Archimedes
*c* turdis edacibus dolos   comparas, amice
*d* merulae quod os vetustae   mane dulce cantat
*e* Isis pererrat orbem   crinibus profusis
*f* cum victor Lemno classem   Doricam appulisset
*g* magnum numerum triumphat   hostibus devictis
*h* summas opes qui regum   regias refregit

---

**14** Cic. [1]Cat. 61 [2]fin. 1, 116 Atili Calatini censoris a. a. Chr. n. 247 ad exemplar Scipionis censoris elogii elogium 1 *hunc unum: unicum* Cic.[1]: *uno cum* Cic.[2] cf. Leo[1] 48 **15** Bass. GL VI 265 *(in Acilii Glabrionis tabula)* **16** Bass. GL VI 265, 22 cf. Liv. 40, 52, 4 (ad a. a. Chr. n. 179) e Regilli tabula triumphali cf. Leo[1] 64 **17** Gell. 11, 2 *(in libro Catonis, qui inscriptus est carmen de moribus)* *a avaritiam — vitiosus* = Non. 465 *avaritia* Gell. plerique *putant* Non. *invidus* vel *incitus* vel *inquinatus* ci vv. dd. *qui* unus (v. l.): *que* rell. ⟨*avarus*⟩ *laud.* L. Mueller: *is audiebat avarus* Baehr. *b quis: quid* vel *qui* v. l. *ludebat* Baehr. *c se* vel *in exercendo* singuli **18** Varr. ling. 7, 28 *(in carmine Priami)* '*Camenas*' cf. Leo[1] 32[1] **19** versus saturnii a grammaticis schematis inlustrandi causa ficti de his saturniis quibus addideris Naev. 46 (cf. 47) et Ter. Maur. 2497 ss cf. Leo[1] 7. 9 *a* Bass. GL VI 266 de metro Eupolideo cf. Bass. l. l. Leo[1] 10. 76 *b* Bass. GL VI 265 *c* Bass. GL VI 265 *d* Mall. Theod. GL VI 594, 6 *e* Serv. metr. GL IV 466, 7 *f* Mar. Victorin. GL VI 139, 15 *g* Ps. Cens. GL VI 615, 8 *h* Diom. GL I 512, 20 Fortun. GL VI 294, 1

# L. LIVIVS ANDRONICVS

## ODYSSIA

**1** (1 *Baehr.*) virum mihi Camena insece versutum!
**2** (2) pater noster, Saturni filie ⟨. . .⟩
**3** (3) mea puera quid verbi ex tuo ore supera fugit?
**4** (5) argenteo polubro aureo eclutro
**5** (6) tuque mihi narrato omnia disertim!
**6** (7) quae haec daps est, festus dies?
**7** (8) matrem ⟨proci⟩ procitum plurimi venerunt
**8** (9) in Pylum devenies aut ibi ommentans
**9** (10) tumque remos iussit religare struppis
**10** (11) ibidemque vir summus adprimus Patroclus
**11** (12) quando dies adveniet quem profata Morta est
**12** (13) atque escas habemus mentionem ⟨. . .⟩
**13** (14) partim errant, nequinont Graeciam redire
**14** (15) sancta puer, Saturni filia, regina
**15** (16) apud nympham Atlantis filiam Calypsonem
**16** (17) igitur demum Vlixi cor frixit prae pavore
**17** (19) utrum genua amploctens virginem oraret
**18** (20) ibi manens sedeto, donicum videbis
me carpento vehentem domum venisse
**19** (21) simul ac dacrimas de ore noegeo detersit
**20** (22) namque nullum peius macerat humanum
quamde mare saevom: vires quoi sunt magnae,
⟨tamen⟩ topper confringent inportunae undae

---

**1** Gell. 18, 9, 5 Hom. α 1 **2** Prisc. GL II 305 cf. α 45. 85 *filie* voc. **3** Prisc. GL II 230 s Char. GL I 84 α 64 *puer* Char. *supra fugit (fuit)* Prisc. ll.: *audio* Char.: *supera fugit* Fleckeisen **4** Non. 544 α 136 s *polybro* ll.: 'χέρνιβι' '*trullo*' Non.: contra Gloss. λέβης *et glutro* ll.: ἐκλούτρῳ **5** Non. 509 α 169 *tuquae* v. l. **6** Prisc. GL II 321 α 225 **7** Paul. Fest. 225 α 245 ss suppl. Zander **8** Fest. 190 Leo[1] cf. α 284, alii β 317 *advenies* O. Müller: pro participio habent edd. *haut* interpretatur Leo[1] '*obmanens*' **9** Isid. orig. 19, 4, 9 β 422 ο 287 '*vinculis*' **10** Gell. 6, 7, 11 γ 110 *Patricoles* Bergk (cf. Leo[1] 56) **11** Gell. 3, 16, 11 γ 237 s β 99 al. **12** Prisc. GL II 198 δ 213 κ 177 υ 246 *escas* gen. cf. Leo[1] 39 **13** Fest. 162 δ 495 *nequinont* Fest.: *neque nunc* cod. **14** Prisc. GL II 232 δ 513 *filia* glossam ad *puer* adscriptam esse censet Fleckeisen cf. Leo[1] 46 **15** Prisc. GL II 210 δ 557 ε 14 ρ 143 **16** Serv. auct. Aen. 1, 92 ε 297 cf. Leo[1] 53 **17** Diom. GL I 384 ζ 142 *amploctens* Diom.: *amplectens* ll. **18** Char. GL I 197 ζ 295 s 2 *vehementem* cod. cf. Leo[1] 16. 56[2] **19** Fest. 134 ϑ 88 *lacrimas* cod.: em Mueller ad Fest. 68 '*amiculi genere praetexto purpura* vel *candido ac perlucido*' cf. Leo[1] 34 **20** Fest. 352 ϑ 138 s cf. Leo[1] 41 1 *homonem* Vrsinus 2 *saevum* cod. *viret cui* cod. 3 ⟨*et cui*⟩ Havet Zander Lindsay '*cito*' *unde* cod.

**21** (23) Mercurius cumque eo filius Latonas
**22** (24) nexabant multa inter se flexu nodorum dubio
**23** (25) nam diva Monetas filia docuit
**24** (32) quoniam audivi boantis gavisi ⟨. . .⟩
**25** (26) inferus an superus tibi fert deus funera, Vlixes?
**26** (27) topper facit homines ut prius fuerunt
**27** (30) sic quoque fitum est
**28** (4) neque tamen te oblitus sum, Laertie noster
**29** (34) vestis pulla purpurea ampla ⟨. . .⟩
**30** (36) cum socios nostros mandisset impius Cyclops
**31** (37) inque manum suremit hastam ⟨. . .⟩
**32** (38) at celer hasta volans perrumpit pectora ferro
**33** (39) carnis vinumque quod libabant anclabatur
**34** (40) deque manibus dextrabus
**35** (18) celsosque ocris arvaque putria et mare magnum
**36** (43) iam in altum expulsa lintre
**37** (28) *a* topper citi ad aedis venimus Circas.
*b* simul duona eorum portant ad navis,
multa alia in isdem inserinuntur

## SCENICA

**38** (1 *Ribb. trag.*) sí malas imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis
**39** (2 ss) nam ut Pérgama
accénsa et praeda pér participes aéquiter
partíta est

---

**21** Prisc. GL II 198 ϑ 323 **22** Prisc. GL II [1]469 [2]538 ϑ 378 s *nexebant* Prisc.[1] cf. Leo[1] 53[4] **23** Prisc. GL II 198 ϑ 480 *divina* v. l. *filiam* trad. cf. Leo[1] 39 **24** Prisc. GL II 482 ι 413 *boantis* Leo[1] 53[5]: *paucis* ll.: *paucum iis*, *haud paucus* edd. '*gavisus sum*' **25** Prisc. GL II 96 ϰ 64 de hexametrorum e 'Livio in Odyssea' origine cf. Leo[1] 60[4] **26** Fest. 352 ϰ 395 '*celeriter ac mature*' *homones* Mueller *utrius fuerint* cod. **27** Non. 475 ν 40 **28** Prisc. GL II 301 Leo[1] 41 contulit ξ 144 υ 205 *tamen: enim* dett. *laertiae*, *lertie* ll. **29** Non. 368 τ 225 cf. Havet 345 Leo[1] 30. 51 **30** Prisc. GL II 419 υ 19 de hoc hexametro cf. frg. 25 **31** Paul. Fest. 299 (Fest. 298) φ 433 α 99 cf. Leo[1] 47[1] '*sumpsit*' **32** Prisc. GL II 334 χ 93 *ad* v. l. *asta* v. l. de hexametro cf. frg. 25 **33** Prisc. GL II 208 ψ 304 s υ 250 cf. Leo[1] 48[1] 52 *anculabatur* alterum colon explere censent Havet Zander **34** Non. 493 ω 534 **35** Fest. 181 ε 411 contulit Scal. sed cf. Leo[1] 44[6] et Liv. Andr. trag. 32 R. **36** Prisc. GL II 151 μ 401? ε 269? cf. Leo[1] 31[7] **37** Fest. 352 *a circae* cod. hunc versum a sequentibus separandum docuerunt Havet (306 s) et Leo[1] (46[6]) *b* 1 Leo[1] cf. ξ 262 s 2 *millia* cod.: em Buech. **38** Non. [1]365. [2]473 (Achilles) *males* Non.[2] v. l. *tu* om Non.[1] ll. *dabit* Non.[1] ll. **39** Non. 512 (Aegisthus) 2 *praedam* ll.

**40** (5 s) tum autém lascivum Nérei simúm pecus
ludéns ad cantum clássem lustratúr ◡ –
**41** (7) iamne óculos specie laétavisti optábili?
**42** (8) nemo haéc vostrorum rúminetur múlieri
**43** (10 s) ◡ – in sedes cónlocat se régias:
Clyteméstra iuxtim, tértias natae óccupant
**44** (12) ipsús se in terram saúcius fligít cadens
**45** (13 s) quin quód parere vós maiestas méa procat,
tolerátis templo, ⟨léto⟩que hanc dedúcitis?
**46** (15) mirúm videtur, quód sit factum iám diu
**47** (16) – praestatur vírtuti laus, séd gelu multo ócius
vénto tabescít
**48** (18) cónfluges ubí conventu cámpum totum inúmigant
**49** (19) – ◡ etiam mínitas? mitte ea quaé tua sunt magis
quám mea
**50** (20 ss) da mi hásce opes, quas péto, quas precor, age ópitula!
**51** (23) óbsecro te, Anciale, matri né quid tuae advorsús fuas
**52** (26 s) ⟨át⟩ ego puerum intérea ancillae súbdam lactantém
meae,
né fame perbítat
**53** (28 s) crédito,
cum íllo † soli meá voluntate númquam limavit caput
**54** (30) florem ánculabant Líberi ex carchésiis
**55** (35) haut út quem Chiro in Pélio docuít ocri
**56** (36) múlier, quisquis és, te volumus
**57** (37) quó Castalia pér struices sáxeas lapsu áccidit
**58** (38) quem ego néfrendem alui lácteam inmulgéns opem

---

**40** Non.[1] 335 1 = Non.[2] 158 *autem* om. Non.[1] *nereis* vel *rei* ll. 2 *cantem classum* plerique ‘*circumit*’ ⟨*choro*⟩ ex. gr. Ribb. **41** Non.[1] 132. [2]386 ‘*effigie*’ ‘*facie*’ *laetaviri* Non.[2] boni: *laetavere* edd. **42** Non. 166 *voster* ll. ‘*in memoriam revocet*’ **43** Non. 127 **44** Non. 110 *ipse* ll. **45** Non. 23 1 ⟨*mihi*⟩ *vos m. m.* | *procat* Ribbeck ‘*poscit*’ 2 ‘*amovetis*’ suppl. Leo (ad Sen. Ag. 951. 986 s) **46** Non. 127, 16 (Aiax Mastigophorus, Αἴας Sophoclis) Αἴας 646 s ⟨*mortalibus*⟩ *mirum* tempt. Leo[2] (6) *diu* ⟨*oblitos esse*⟩ Ribb. **47** Non. 207 Αἴας 1266 1 *gelu set* trad. 2 *venio* trad.: *vento* Lindsay: *verno* Buech. **48** Non. 62 (Andromeda) *confluge*, *conflugae* v. l.: ‘*loca, in quae rivi diversi confluant*’ *conventum* ll. **49** Non. 473 (Danae) *ea: vitia* ex. gr. Buech. ‘*minaris*’ **50** Non. 475 (Equos Troianus) cf. Leo[2] 13 *precor, age* Leo[2]: *precor corrige* ll. **51** Non. 111 (Hermiona) **52** Non. 153 (Tereus) 1 *laetantem* v. l.: *lactanti*, *lactandum* coni edd. 2 ‘*pereat*’ **53** Non. 334 2 *illos* ll. *olim* v. l. *illoc olli* Ribb. *mea: ex* v. l. ‘*coniunxit*’ **54** Paul. Fest. 11 (fabula incerta) *anclabant* ll.: ‘*hauriebant*’ **55** Fest. 181 (Achilles?) ‘*monte confragoso*’ **56** Non. 197 **57** Fest. 310 ‘*exstructiones*’ **58** Paul. Fest. 163 Fest. 162 ‘*infantem*’

**59** (40) puerárum manibus cónfectum pulcérrime
**60** (41) quinquértiones praéco in mediúm vocat

---

**61** (1 *Ribb. com.*) púlicesne an címices an pédes? respondé mihi
**62** (2) córruit quasi íctus secena. — ⟨sícine?⟩ — haut multó secus
**63** (4 s) áffatim
edí bibi lusi
**64** (8) lepus túte es: pulpaméntum quaeris - ◡ -

## CN. NAEVIVS

### BELLVM POENICVM

**1** (1 *Baehr.*) novem Iovis concordes filiae sorores
**2** (3) postquam avem aspexit in templo Anchisa,
sacra in mensa penatium ordine ponuntur,
immolabat auream victimam pulcram
**3** (4) amborum uxores
noctu Troiad exibant capitibus opertis
flentes ambae, abeuntes lacrimis cum multis
**4** (5) *a* eorum sectam secuntur multi mortales
*b* multi alii e Troia strenui viri
*c* ubi foras cum auro illic exibant
**5** (7) ferunt pulchras creterras, aureas lepistas
**6** (10) pulchroque ex auro vestemque citrosam
**7** (12) senex fretus pietati deum adlocutus,
summi deum regis fratrem Neptunum,
regnatorem marum

---

**59** Prisc. GL II 231 **60** Fest. 257 (cf. Paul. Fest. 256) '*athletas*' *praeco (praevoco)* trisyllabum Buech. ⟨*pro*⟩*vocat* Ribb. **61** Fest. 210 (Gladiolus. cf. Ἐγχειρίδιον Menandri aliorum) '*pediculos*' **62** Fest. 330 (Ludius) *scena haut* cod.: em Ribb. ad Fest. 318, ubi *sacena* '*securis*' '*dolabra pontificalis*' **63** Paul. Fest. 11 (fabula incerta) **64** Vopisc. Numer. 13 cf. Ter. Eun. 426 Don. Ter. Eun. 426. 433 Sacerd. GL VI 453 *es et* v. l. **1** Bass. GL VI 266 Mar. Victorin. GL 139 (liber I) *navem* Bass. ll. *novei moves* Mar. Victorin. ll. **2** Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 336 1 cf. Leo[1] 57[3] *Anchises* v. l. **3** Serv. auct. Aen. 3, 10 2 *Troiade* trad. **4** Serv. auct. Aen. 2, 797 *c urbi* Baehr. *illinc* Havet fort. recte **5** Bass. et Mar. Victorin. ll. cc. (cf. frg. 1) Sacerd. GL VI 531 *pulc(h)ros* Bass. ll. *crateras* unus Plotii *pateras* Bass. ll. *aereas* Bass. ll. **6** Isid. orig. 19, 22, 20 cf. Macr. sat. 3, 19, 5 Paul. Fest. 42 Glossogr. Vatic. s. v. *citr. pulchraque* Isid. ll. *citrosamque vestem* Lindsay. sed cf. Leo[1] 55[1] Thes. III 1207, 73 ss **7** Prisc. GL II 351 s cf. Leo[1] 48[2] 1 *pietate* v. l.

**8** (14) patrem suom supremum optumum appellat
**9** (15) summe deum regnator, quianam genus ⟨od⟩isti?
**10** (20) inerant signa expressa, quo modo Titanes
bicorpores Gigantes magnique Atlantes
Runcus atque Purpureus, filii Terras ⟨. . .⟩
**11** (21) ei venit in mentem hominum fortunas
**12** (22) iamque eius mentem Fortuna fecerat quietem
**13** (23) silvicolae homines bellique inertes
**14** (24) blande et docte percontat, Aenea quo pacto
Troiam urbem liquerit
**15** (25) ⟨manu⟩sque susum ad caelum sustulit suas rex
Amulius divisque gratulabatur
**16** (30) res divas edicit, praedicit castus
**17** (31) prima incedit Cereris Proserpina puer
**18** (32) deinde pollens sagittis inclutus arquitenens
sanctus Iove prognatus Pythius Apollo
**19** (34) scopas atque verbenas sagmina sumpserunt
**20** (35) Manius Valerius
consul partem exerciti in expeditionem
ducit
**21** (36) conferreque aut ratem aeratam
qui per liquidum mare sudantes
eunt atque sedantes
**22** (37) transit Melitam
Romanus exercitus, insulam integram urit,
populatur, vastat, rem hostium concinnat

---

**8** Varr. ling. 7, 51 *suum* Varr. cod. **9** Fest. 257 '*quare*' *genus* ⟨*od*⟩*isti* Leo[1] (47[2]): *genuisti* Scal.: *me genuisti* Havet: *genus* ⟨*s*⟩*isti* Zander: *g. urs isti* Baehrens **10** Prisc. GL II [1] 198 1.2 = [2] 217 2 *athl-* plerique 3 *rhumcus*, *rumchus* v. l. *ac* Leo[1] 40 (sed cf. 51) *purpor-* vel *porpur-* ll. **11** Prisc. GL II 198 *ei* om duo *mente* plerique *furtunas* duo **12** Prisc. GL II 242 vel *fortuna: furtuna* duo **13** Macr. sat. 6, 5, 9 **14** Non. [1]335 [2]474 (liber II) 1 *aenas (en-)* Non[1] ll.: *aen̄* (interpretantes *Aeneidos*, *Ennius*) Non.[2] ll. cf. Leo[1] 34[5] 2 *liquerit* (testatur Non.) Non.[1] ll.: *reliquisset:* Non.[2] ll. cf. Leo[1] 46[2] **15** Non. 116 1 ⟨*manu*⟩*sque* Merula: *isque* ll. *res* ll.: em Steph. cf. Leo[1] 33[4] 2 *amullus gratulabatur* (formam passivam conf. Non.) *divis* ll.: em L. Mueller '*gratias agebat*' **16** Non. 197 *dinas?* Leo[1] 39[3] '*castitates*' **17** Prisc. GL II 232 *incedet* duo *ceteris* unus (R) **18** Macr. sat. 6, 5, 8 1 expectamus *dein* 2 *sanctusque Delphis pr.* ll.: em Buech. (cf. Leo[1] 35[2]) *Putius* Vahlen **19** Paul. Fest. 320 (liber III) *scapas (-os, -bos)* trad.: em Scal. *verbenas* gen. Leo cont. Liv. 1, 24, 5 vel *ac* '*herbas verbenas*' **20** Char. GL I 128 1 *M.* Char. ll. sed cf. Leo[1] 44[2] **21** Varr. ling. 7, 23 (liber IV) 1 *conferre queant* Leo[1] 2 *perit quidum* trad.: em Scal. horum versuum rhythmum anapaesticum censet cum A. Spengelio Leo, qui legit *sedentes* ⟨*satagunt*⟩ **22** Non. 90 2 *exercitus* del Vahlen. sed cf. Leo[1] 45[4] 3 '*conficit* vel *colligit*'

**23** (38) sin illos deserant   fortissimos viros,
magnum stuprum populo   fieri per gentis
**24** (39) seseque ei perire   mavolunt ibidem,
quam cum stupro redire   ad suos populares
**25** (40) virum praetor advenit,   auspicat auspicium
prosperum
**26** (41) simul atrocia proicerent   exta ministratores
**27** (42) eam carnem victoribus   danunt ⟨. . .⟩
**28** (43) vicissatim volvi   victoriam ⟨. . .⟩
**29** (44) septimum decimum annum   ilico sedent
**30** (45) censet eo venturum   obviam Poenum
**31** (46) superbiter contemptim   conterit legiones
**32** (47) convenit regnum simul   atque locos ut haberent
**33** (48) id quoque paciscunt,   moenia sint quae Lutatium,
reconciliant captivos   plurimos ⟨. . .⟩
Sicilienses paciscit,   obsides ut reddant
**34** (49) ⟨topper s⟩aevi capesset   flammam Volcani
**35** (50) magnam domum decoremque   ditem vexerant
**36** (51) onerariae onustae   stabant in flustris
**37** (52) plerique omnes subiguntur   sub unum iudicium
**38** (53) quod bruti nec satis   sardare queunt
**39** (54) fames acer augescit   hostibus ⟨. . .⟩
**40** (56) simul alius aliunde   rumitant inter se[[se]]
**41** (57) magnae metus tumultus   pectora possidit

---

**42** (60) quianam Saturnium   populum pepulisti?

---

**23** Fest. 317  1 ad *viros* cf. Leo[1] 59  2 = GL V 591 '*turpitudinem*' *gentes* Gramm. **24** Fest. 317 cf. Leo[1] 38 1 *seseque i* cod. 2 *strupro* cod. **25** Non. 468 1 *verum* Iunius *adveniet* trad. **26** Non. 76, 5 *si* Leo[1] 52[6] *porricerent* Iunius *extra* ll. **27** Non. 97 **28** Non. 183 '*per vices*' **29** Non. 325 (liber VI) **30** Non. 267 **31** Non. 515, 10 s. 33 s *superviter contentim* v. l. **32** Non. 211 (liber VII) *ac* Leo: fort. *simul ac* | *locos* Leo[1] 51 versus Saturnius specie hexametri **33** Non. 474 1 *paciscunt* Non.: *paciscuntur* Non. ll. *sin* unus *Lutati* Buecheler. ceterum cf. Leo[1] 35[5] 2 ⟨*auro*⟩. ex. gr. Leo **34** Fest. 352 (sedis incertae) suppl. Havet 307 **35** Prisc. GL II 235 *magnamque (magna quae)* v. l. '*decoram*' *vexarant* plures Krehlii, de qua lectione cf. Leo[1] 60 **36** Isid. nat. 44 *honerariae honustae* ll. praeter unum '*motu maris sine tempestate fluctuantis*' **37** Don. Ter. Andr. 55 *unum* Par.: *suum* dett. **38** Paul. Fest. 323 (cf. Fest. 322) *nec satis sarrare* Varr. ling. 7, 108 (cf. Goetz-Schoell ad l.) '*intellegere*' de duobus colis cf. Leo[1] 46. 51 **39** Prisc. GL II 153. 230 **40** Paul. Fest. 271 '*rumigerantur*' *sese* trad. **41** Non. 214 *magni* ll.: em Leo[1] (36[1]) *possidet* ll. praeter unum **42** Fest. 257 (satura) '*quare*' cf. Leo[1] 47[2]. 49[1]

43 (61) cum tu arquitenes sagittis pollens dea
44 (62) atque prius pariet lucusta lucam bovem

---

45 apud emporium in campo hostium pro moene

---

46 malum dabunt Metelli Naevio poetae
47 (63) fato Metelli Romae fiunt consules

---

48 inmortales mortales si foret fas flere,
flerent divae Camenae Naevium poetam.
itaque postquam est Orchi traditus thesauro,
obliti sunt Romae loquier lingua latina

## SCENICA

49 (1 *Ribb. trag.*) né mihi gerere mórem videar língua, verum língula
50 (2) omnés formidant hómines eius valéntiam
51 (3) contémplo placide fórmam et faciem vírginis
52 (4) éxcidit oríationis ómnis confidéntia
53 (5) eam núnc esse invéntam probrís compotém scis
54 (7) desúbito famam tóllunt, si quam sólam videre ín via
55 (8) quín, ut quisque est méritus, praesens prétium pro factís ferat
56 (12) suo sónitu claro fúlgorivit Iúppiter
57 (13) ◡ – ◡ – numquam hódie effugies quín mea manú moriare

---

**43** Macr. sat. 6, 5, 8 *Deana* Fleckeisen: at deest verbum anapaestos esse censet ut 21 Leo[1] 61 **44** Varr. ling. 7, 39 *at quae* trad. *lucustam* trad. '*bovem*' '*elephantem*' de metro, dactylis et epitritis, non constat **45** Fest. 145 '*moene*' *singulariter dixit Ennius* (*Naevius* reposuit O. Mueller Saturnio descripto) cf. Leo[1] 36 Enn. ed. Vahlen[2] 117 **46** Caes. Bass. GL VI 266 Mar. Victorin. ibid. 139 Sacerd. 531 Fortun. 294 Ter. Maur. 2517 Ps. Ascon. in Verr. 1, 29 *dabunt malum* Ter. Maur. Fortun. Ps. Ascon. hunc quoque versum recenter fictum esse docuit Wissowa Genethliacon für Carl Robert 51 ss **47** Ps. Ascon. Verr. p. 140 ad senarium cf. Leo[1] 32 Wissowa l. c. 52 **48** Gell. 1, 24, 2 (epigramma Naevii) 3 *orcho* trad. sed cf. Leo[1] 41[4] 4 cf. Leo[1] 57[2] **49** Gell. 10, 25, 3 cf. Varr. ling. 7, 107 (Aesiona) *sine mihi* ll. '*gladiolo oblongo*' **50** Non. 186 (Danae) *hominis* ll. *volentiam* v. l. '*fortitudinem*' **51** Non. 470 *contempla* edd. **52** Non. 262 '*constantia*' **53** Non. 456, 25 *propris (-iis)* ll. Baccheos agnovit Buech.: duorum trochaicorum versuum frustula alii. cf. Leo[2] 13 **54** Non. [1]306. [2]518 '*infamiam*' *videmus* Non.[1] **55** Non. 366 '*praemium*' **56** Non. 110 **57** Macr. sat. 6, 1, 38 (Equos Troianus) *moriaris manu* Ribb. unum senarium restituendum esse ratus

**58** (14) túnc ipsos adóriant, ne qui hinc Spártam referat núntium
**59** (15) laétus sum laudári me abs te, páter, a laudató viro
**60** (16) pásso velo vícinum Aquilone órtum fer ⟨feróciter⟩
**61** (18) alté iubatos ángues in sesé gerunt
**62** (21 ss) vos, quí regalis córporis custódias
agitátis, ite actútum in frondiferós locos,
ingénio arbusta ubi náta sunt, non óbsita
**63** (29 s) utín venatu vítulantis éx suis
locís nos mittant poénis decoratás feris?
**64** (31 s) pérgite,
thýrsigerae Bacchaé, modo
Bácchico cum scémate
**65** (34) dic quó pacto eum potíti: pugnan án dolis?
**66** (36) cáve sis tuam conténdas iram cóntra cum ira Líberi
**67** (37 s) óderunt di hominés iniuros. — égone an ille iniúrie fácimus?
**68** (41 s) nam ut lúdere laetantís inter se vídimus praeter † amnem
cretérris sumere áquam ex fonte ‿‿‿‿‿‿‿
**69** (46 s) proinde húc Triante régem prognatúm patre,
Lycúrgum cette!
**70** (51) mále parta male dílabuntur
**71** (53) dubií faventem pér fretum introcúrrimus
**72** (54) díabathra in pedíbus habebat, érat amictus épicroco
**73** (58) néminem vidí, qui numero scíret quicquid scíto opust
**74** (60) odí summussos: proínde aperte díce quid sit, ⟨quód⟩ times

---

**58** Prisc. GL II 400 (H e c t o r p r o f i c i s c e n s) *quis* ll. **59** Cic. Tusc. 4, 67 epist. 15, 6, cf. epist. 5, 12 Sen. epist. 102, 16 scil. *Priamo* **60** Non. 370 (I p h i g e n i a) Ἰφ. ἐν T. 1487 Leo[2] 6 s 'extenso' *velo: vel hoc* trad. *Aquilone* genet. *hortum* v. l. ⟨*ferociter*⟩ Leo: *foras* trad. **61** Non. 191 (L u c u r g u s) *iugatos* ll. *inlaesae* Bothe scil. *Bacchae* **62** Non. 323 1 *regali, regari* trad. 2 *agitis* boni *frudiferos, frondifluos* all. 3 '*sua sponte*' '*natura*' *arbusto* v. l. *ubi nata: vineta* ll. *obsita* Scaliger: *obstutas* boni: *obsitu* dett. **63** Non. 14 1 *ut in* trad. '*gaudentes*' 2 *lucis* ci Mercier *puniceis* ci Buech. *decoratis, (-us)* v. l. **64** Non. 225 cf. Leo[2] 13 2 s *brechcae modo bacchico* ll. **65** Non. 481 *potitu's* vel *potiti sitis* Becker *pugna an (pugnan)* ll. **66** Non. 259 '*compares*' **67** Non. 124 *dii (idii) h. iniuriose (-ae)* ll. *iniustos* Havet **68** Non.[1] 547 cf. [2]84 2 '*situlis*' *aquam* trisyllabum? *ponte, sponte* Non. v. l.[2] **69** Non. 84 1 *proin dustriant te* ll. *Triante* Leo[2] (22): *Dryante* edd. *patrem* v. l. 2 '*dicite*' '*date*' **70** Paul. Fest. 222 Cic. Phil. 2, 66 Schol. Hor. carm. 3, 24, 61 (f a b u l a i n c e r t a) **71** Non. 205 *ferventem* Onions **72** Varr. ling. 7, 53 *pecudibus* ll. scil. *Bacchus* (in Lycurgo?) *gerebat*? **73** Fest. 170 '*nimium*' *qui quod scit id est opus* cod. 'fortasse comoediae debetur' Ribb. **74** Paul. Fest. 299 Fest. 298 '*murmuratores*'

**75** (2 *Ribb. praet.*) vita ínsepulta laétus in patriám redux
**76** (7 s) cedo quí vestram rem públicam tantam ámisistis tám cito? —
provéniebant orátores noveí, stulti adulescéntuli

---

**77** (1 *Ribb. com.*) Acóntizomenus fábula est primé proba
**78** (2 s) huius aútem gnatus dícitur geminum álterum
falso óccidisse
**79** (5 ss) age, né tibi
me(d) ádvorsari dícas, hunc unúm diem
de meó(d) equos sinam ésse. — tux pax. — póstea
curréntеis ego illos véndam, nisi tu víceris
**80** (9) quasi dédita opera quae égo volo ea tu nón vis, quae ego nolo éa cupis
**81** (10) ego sémper pluris féci
potióremque habui líbertatem múlto quam pecúniam
**82** (13) nimió (nimio) arte cólligor. cur re ínquaesita cólligor?
**83** (14) secus si úmquam quicquam féci, carnificém cedo
**84** (15 s) si quidem loquí vis,
non pérdocere múlta longe prómicando, orátiost
**85** (17) nam in scéna vos noctúrnos coepit praémiatores tóllere
**86** (18) cui cépe edundo(d) óculus alter prófluit
**87** (21 ss) quis heri ápud te? — Praenestíni et Lanuini hóspites. —
suópte utrosque décuit acceptós cibo,
altrís inanem vólvulam madidám dari,
altrís nuces in próclivi profúndier

---

**75** Varr. ling. 9, 78 (Clastidium praetextata) **76** Cic. Cat. 20 (Lupus) 1 *rem vestram* Ribb. 2 *provenientur* v. l. *novi et* duo ll.: *novi* rell. **77** Char. GL I 211 (Acontizomenus cf. Ἀκοντιζόμενος Dionysii, Ἀκοντιζομένη Antiphanis) *Acontizomenos* Ritschl **78** Char. GL I 199 **79** Char. GL I 239 (Agitatoria) 1 *age: atque* ci CFW Mueller 2 *me* ll. 3 *demeo sequor (equos)* trad.: *domi hos equos* Buech. *sinam ego illos esse* trad. '*edere*' interpret. Ribb. **80** Char. GL I 197 *quod ego nolo* trad. **81** Char. GL I 211 possis *semper pl. f. ego* **82** Char. GL I 208 *nimium o nimium* Ribb. **83** Char. GL I 220 '*aliter*' **84** Non. 65 (Agrypnuntes) *vis loqui* Bothe *promicanda* edd.: '*extendendo*' **85** Non. 150 *n. pr.* '*praedones*' **86** Prisc. GL II 204 (Appella) *edundo*, *edendo* ll. **87** Macr. sat. 3, 18, 6 (Ariolus cf. Ἀγύρτης Philemonis) 1 *qui* v. l. *Lanuuini* ll. 3 s *alteris* ll. 3 *bulbam* ll.: *bulbulam* i. *vulvulam* Geppert *madidatam* (servato *volvam*) Scriverius 4 *profundere* ll.

**88** (26) tíbi servi multi ápud mensam astant: ílle ipse astat, quándo edit
**89** (26 [1]) neque ádmodum a puerís abscessit néque admodum adulescéntulust
**90** (35) ubi vídi, exanimabíliter timidus pédibus protinam mé dedi
**91** (36 ss) . nólo ego
hanc ádeo efflictim amáre: diu vivát volo,
ut míhi prodesse póssit
**92** (39 s) ultró meretur, quam óbrem ametur: íta dapsiliter suós amicos
alít
**93** (43) ⏑ – ⏑ – ⏑ – utinam nasum ábstulisset mórdicus!
**94** (45) nímis homo formídulosust
**95** (46 s) st′, tace,
cave vérbum faxis!
**96** (49) animaé pauxillulum ín me habet
**97** (52) in álto navem iúbet ⏑ destitui ánchoris
**98** (53 s) – utrum est melius: vírginemne an víduam uxorem dúcere? —
vírginem, si músta est
**99** (55) edepól Cupido, cúm tam pauxillús sis, nimis multúm vales
**100** (57) sáxa silvas lápides montes díssicis, dispúlveras
**101** (58) atque meís bonis
ómnibus ego te hérem faciam – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
**102** (59) át enim tu nimis spísse ac tarde incédis – ⏑ – ⏑ –
**103** (72 ss) quae ego ín theatro hic meís probavi plaúsibus,
ea nón audere quémquam regem rúmpere:
quantó libertatem hánc hic superat sérvitus!

---

**88** Prisc. GL II 522 (C a r b o n a r i a) **89** Explan. in Don. GL IV 559 (C l a m i d a r i a i. Chlamydaria) *abscesit* et *adolescentulus est* trad. **90** Non. 376 (C o l a x cf. Κόλαξ Menandri) *timedus* boni '*pedibus longius fugi*' **91** Char. GL I 198 (C o r o l l a r i a cf. Στεφανοπώλιδες Eubuli) **92** Char. GL I 198 **93** Char. GL I 205 **94** Char. GL I 208 *formidulosus est* trad. **95** Char. GL I 240 1 *setale* trad. **96** Diom. GL I 344 (D e m e n t e s cf. Μαινόμενος Diphili) '*habitat*' **97** Non. 280 (G y m n a s t i c u s) *iubet* ⟨*is*⟩ Ribb.: *iubeat* Lindsay '*statui*' **98** Non. 136 1 ⟨*dic*⟩ *utrum* Ribb. 2 '*novella*' **99** Non. 421 *pausillus*, *pauullus* v. l. *tam p. cum sis* Havet: *cum* ⟨*tu*⟩ *tam pausillu's* Ribb. **100** Non. 95 *disicis* Ribb. '*dissolvis*' **101** Non. 486 '*heredem*' contra anapaestos agnovit Buech. **102** Non. 392 '*tarde*' *ac* Ribb.: *atque* ll. **103** Char. GL I 216 (T a r e n t i l l a cf. Ταραντῖνοι Alexidis) 3 *hanc haec*? Ribb.

**104** (75 ss) quási in choro ludéns datatim dát se et communém facit.
álii adnutat, álii adnictat, álium amat, aliúm tenet.
álibi manus est óccupata, álii percellít pedem,
ánulum dat álii spectandum, á labris alium ínvocat,
cum álio cantat, át tamen alii s⟨uó⟩ dat digito líttteras

**105** (81) ‿ utrubi cenáturi estis, hícine an in triclínio?

**106** (83 s) ◡ ‿ ubi isti dúo adulescentés habent,
qui hic ánte parta pátria peregre pródigunt?

**107** (86) sálvi et fortunáti sitis dúo duum nostrúm patres!

**108** (90 s) númquam quisquam amíco amanti amíca nimis fiét fidelis,
néc nimis erit morígera, et nota quísquam erit ◡ ‿ ◡ ‿ ◡

**109** (92 s) prímum ad virtutem út redeatis, ábeatis ab ignávia,
dómos patres patriam út colatis pótius quam peregrí probra

**110** (94) immó quos scicidi mínus, conscindam atque ábiciam

**111** (95) deos quaéso ut adimant ét patrem et matrém meos

**112** (96 ss) si úmquam quicquam fílium rescívero
argéntum amoris caúsa sumpse mútuum:
extémplo illo te dúcam, ubi non déspuas

**113** (99 ss) Théodotum
compéllas ‿ ◡ qui áras Compitálibus
sedéns in cella círcumtectus tégetibus
Larés ludentis péni pinxit búbulo

**114** (106) patí necesse est múlta mortalés mala

**115** (107) dictátor ubi currum ínsidit, pervéhitur usque ad óppidum

---

**104** Isid. orig. 1, 25 2 = Paul. Fest. 29 1 *quae* v. l. *choro pila ludens* ll. *sese* ll. 2 sic Fest.: alii alio verborum ordine 3 *alii ⟨pede⟩* ci Ribb. *pervellit* ll. 4 *alii dat anulum* ll. *expectandum*, *aspectandum*, ll. 5 *alii s⟨uo⟩ dat* Ribb.: *aliis dat.* ll.: *dat aliis* Bothe **105** Char. GL I 223 **106** Char. GL I 213 1 '*habitant*' 2 *peregri* **107** Char. GL I 127 **108** Char. GL I 208 1 *siet* Fabricius 2 *nimis morigera et devota* Ribb.: *n. morigere morata* Buech. ⟨*mulier viro*⟩ Ribb. **109** Char. GL I 212 1 *reductis* trad. 2 *domi* Ribb. *probro* trad. **110** Prisc. GL II 517 *scicidimus (scisci-)* v. l. *in ius* Ribb. *concidam* v. l. **111** Don. Ter. Ad. 521 (Tribacelus) **112** Gell. 2, 19, 6 (Triphallus) 1 *cumquam* Ribb. Bergk 2 *sumpsisse* trad. 3 *te illo* Bothe **113** Fest. 230 2 *compella* Scal.: *compeiles* Ribb. ⟨*sanctas*⟩ ⟨*nuper*⟩ ci Ribb. *aris*? 3 *circumtectuas* cod.: *-tectas* Ribb.: *-tecta* Scal. 4 '*coda*' **114** Hier. epist. 60, 14 (fabula incerta) *mortalem* plerique **115** Varr. ling. 5, 153 *curru* ci Ribb. *insidet* Fleckeisen

**116** (108 ss) etiám qui res magnás manu saepe géssit glorióse,
cuius fácta viva núnc vigent, qui apud géntes solus praéstat,
eum súus pater cum pállio unó⟨d⟩ ab amica abdúxit
**117** (113) líbera linguá loquemur lúdis Liberálibus
**118** (114) tantum íbi molae crepitúm faciebant, tíntinnabant cómpedes
**119** (117) non hércle apluda est hódie quam tu néquior
**120** (118) péssimorum péssime, audax, gáneo lustro áleo!
**121** (120) risi égomet mecum cássabundum ire ébrium
**122** (121 ss) cócus edit Neptúnum Cererem – ◡ – ◡ – ◡ –
ét Venerem expertám Volcano, Líberumque absórbuit
páriter
**123** (125) an náta est sponsa praégnas? vel aï vél nega
**124** (126 s) vél quae sperat sé nupturam † viri adulescéntulo,
éa licet seníle tractet détritum rutábulum
**125** (128) sónticam esse opórtet causam, quam óbrem perdas múlierem
**126** (129) haec quidem hércle, opinor, praéfica est: nam mórtuum collaúdat
**127** (136) ingúrgitavit úsque ad imum gútturem

## Q. ENNIVS

### ANNALES

**1** (1 *Annal. Vahl.* ²) Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum
**2** (5) somno leni placidoque revinctus
**3** (6) visus Homerus adesse poeta

---

**116** Gell. 7, 8, 5 1 scil. *Scipio* 3 *uno* ll. *amico* plerique **117** Paul. Fest. p. 116 **118** Fest. 364 Paul. Fest. 365 *ubi* v. l. **119** Paul. Fest. 10 '*genus minutissimae paleae frumenti sive panici*' **120** Paul. Fest. 29 *lurco* v. l. '*aleator*' **121** Varr. ling. 7, 53 '*dubitantem*' '*titubantem*' **122** Gloss. V 521. 565 1 s cf. Paul. Fest. 58 1 s *Venerem Cererem* Paul. 2 *vulcanum* v. l. 2 s *pariter absorbuit (obs-)* trad. **123** Diom. GL I 374 Prisc. II 494. 541 *an est nata* Diom. **124** Fest. 262 1 *viri⟨dulo⟩* Ribb.: *diviti* Buech. *adulescentulos* cod. 2 *retritum* cod. '*obscenam viri partem*' **125** Fest. 290 Paul. Fest. 291 '*iustam*' **126** Varr. ling. 7, 70 Paul. Fest. 223 *mehercle* Paul. '*mulier ad laudandum mortuum conducta*' *nam* Varr.: *quae sic* Paul.: *quasi* ci Ribb. **127** Non. 207
**1** Varr. ling. 7, 20 cf. Serv. Aen. 11, 660 (liber I) **2** Front. p. 74 N. cf. p. 12 scil. *Ennius* **3** Cic. ac. 2, 51

**4** (10 ss) ova parire solet genus pennis condecoratum
non animam: et post inde venit divinitus pullis
ipsa anima

**5** (16) "Lunai portum, est operae, cognoscite, cives

**6** (17) cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo

**7** (18 s) doctusque Anchisesque Venus quem pulchra dearum
fari donavit, divinum pectus habere

**8** (21) transnavit cita per teneras caliginis auras

**9** (22) constitit inde loci propter sos dia dearum

**10** (23) est locus Hesperiam quam mortales perhibebant

**11** (24) quam prisci casci populi tenuere Latini

**12** (29) qui caelum versat stellis fulgentibus aptum

**13** (30 s) "Assaraco natus Capys optimus isque pium ex se
Anchisen generat

**14** (32) "accipe daque fidem foedusque feri bene firmum

**15** (33) olli respondit rex Albai longai

**16** (34) quos homines quondam Laurentis terra recepit

**17** (35 ss) et cita cum tremulis anus attulit artubus lumen.
talia tum memorat lacrimans exterrita somno:
"Eurydica prognata, pater quam noster amavit,
vires vitaque corpus meum nunc deserit omne.
nam me visus homo pulcher per amoena salicta
et ripas raptare locosque novos: ita sola
postilla, germana soror, errare videbar
tardaque vestigare et quaerere te neque posse
corde capessere: semita nulla pedem stabilibat.
exim compellare pater me voce videtur
his verbis: 'o gnata, tibi sunt ante gerendae
aerumnae, post ex fluvio fortuna resistet.'
haec effatus pater, germana, repente recessit

---

**4** Varr. ling. 5, 59 1 = Prisc. GL II 401 1 (in.) = Diom. GL I 383 1 *parere* Varr. cod. *solent* Diom. *pinnis* Prisc. v. l. 3 *animam* cod. **5** Pers. 6, 9 cum schol. *luni*, *praetium*, *cognoscere* v. l. cf. Vahl. p. CXLIX **6** Prisc. GL II 97 GL suppl. 81 '*vetus*' **7** Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 336 cf. Schol. Veron. Verg. Aen. 2, 687 1 s *doctus Anchisa*, *pulcherrima diu*, *docet . . . ut p. haberet* Schol. **8** Serv. auct. georg. 4, 59 '*transvolavit*' scil. *Venus* **9** Fest. 301 Paul. Fest. 300 '*eos*' *de adiarum* vel *dea d.* trad. **10** Macr. sat. 6, 1, 11 **11** Varr. ling. 7, 28 '*veteres*' *tenuere* Columna (cf. Verg. Aen. 1, 12): *genuere* cod. **12** Macr. sat. 6, 1, 9 scil. *Telamon* i. *Atlas* **13** Serv. auct. georg. 3, 35 1 *capis*, *hisque* cod. **14** Macr. sat. 6, 1, 13 Albanorum regem monet Aeneas **15** Fortun. GL VI 284 Don. GL IV 396 alii scil. *Aeneae* vel *Amulio* **16** Prisc. GL II 387 intellige *Aenean sociosque* '*Laurens*' **17** Cic. div. 1, 40 f narrat Iliae Aeneae filia 1 *excita*, *eccita* vulg. 10 *exin* al. 11 *o gnata*: *cognata* codd. 13. 12 opt. codd.

nec sese dedit in conspectum corde cupitus,
quamquam multa manus ad caeli caerula templa
tendebam lacrumans et blanda voce vocabam.
vix aegro cum corde meo me somnus reliquit"

**18** (52 s) "te sale nata precor, Venus, et genetrix patris nostri,
ut me de caelo visas cognata parumper

**19** (54) "teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto

**20** (55) Ilia dia nepos quas aerumnas tetulisti

**21** (59) haec ecfatus, ibique latrones dicta facessunt

**22** (62 s) Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo

**23** (64) respondit Iuno Saturnia sancta dearum

**24** (65 s) "unus erit quem tu tolles in caerula caeli
templa

**25** (70 ss) indotuetur ibi lupus femina, conspicit omnis:
hinc campum celeri passu permensa parumper
conicit in silvam sese

**26** (73 s) pars ludicre saxa
iactant, inter se licitantur

**27** (77 ss) *a* curantes magna cum cura tum cupientes
regni dant operam simul auspicio augurioque

*b* Remus auspicio se devovet atque secundam
solus avem servat. at Romulus pulcher in alto
quaerit Aventino, servat genus altivolantum.
certabant urbem Romam Remoramne vocarent.
omnibus cura viris uter esset induperator.
expectant, veluti consul cum mittere signum
volt omnes avidi spectant ad carceris oras,
quam mox emittat pictis e faucibus currus,
sic expectabat populus atque ore timebat
rebus, utri magni victoria sit data regni.
interea sol albus recessit in infera noctis.
exin candida se radiis dedit icta foras lux

---

17 *tum* v. l. **18** Non. 378 1 *saneneta*: em V. 2 *cognota* v. l. '*cito*' **19** Macr. sat. 6, 1, 12 **20** Char. GL I 90 Explan. in Don. GL IV 563 Non. 215 Veneris verba *da, netulisti* Non. ll. *neptis* Non. v. l. **21** Non. 306 milites Amuli iussu pueros exponunt **22** Apul. Socr. 2 p. 6 Mart. Cap. 1, 42 1 *Ceresque* 2 *Iuppiter* Mart. **23** Serv. Aen. 4, 576 Don. GL IV 394 Sacerd. GL VI 450 alii *pulchra dearum* Sacerd. **24** Varr. ling. 7, 5 Ov. met. 14, 812 fast. 2, 485 intellege *Romulum* **25** Non. 378 2 *in campo* codd. *praemens* codd. **26** Non. 134 '*pugnant*' qui certaminibus a pueris institutis adsunt **27** Cic. div. 1, 107 f *b* 16 = Gell. 7, 6, 9 Romuli Remique augurium *b* 1 *in monte* add. Cic. 2 *autem* v. l. 3 *altevolantum* codd.

et simul ex alto longe pulcherruma praepes
laeva volavit avis. simul aureus exoritur sol,
cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta
avium, praepetibus sese pulchrisque locis dant.
conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
auspicio regni stabilita scamna solumque

**28** (99 s) "nec pol homo quisquam faciet inpune animatus
hoc nisi tu: nam mi calido das sanguine poenas
**29** (101) virgines, nam sibi quisque domi Romanus habet sas
**30** (102) cum superum lumen nox intempesta teneret
**31** (105) "nam vi depugnare sues stolidi soliti sunt
**32** (106) "aeternum seritote diem concorditer ambo
**33** (107 s) "ea mihi reliquae fidei regno vobisque, Quiritis,
se fortunatim feliciter ac bene vortat
**34** (109) o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti
**35** (110 ss) pectora – ◡ tenet desiderium, simul inter
sese sic memorant: "o Romule, Romule die,
qualem te patriae custodem di genuerunt!
o pater o genitor o sanguen dis oriundum!
tu produxisti nos intra luminis oras
**36** (115 s) "Romulus in caelo cum dis genitalibus aevum
degit
**37** (119) olli respondit suavis sonus Egeriai
**38** (120 s) mensas constituit idemque ancilia – ◡
libaque fictores Argeos et tutulatos
**39** (132) "ingens cura mis cum concordibus aequiperare
**40** (133) "adnuit sese mecum decernere ferro

---

14 *et simul* v. l. 16 *pulcris* Gell. 17 *priora* e corr.: *propriam* trad. **28** Macr. sat. 6, 1, 15 cf. Serv. auct. Aen. 9, 420 1 *non* v. l. 2 *mihi, dabis* Serv. Flor. de Remi agitur interitu **29** Fest. 325 Paul. Fest. 324 *Sabinorum reddi non possunt* intellegit V. cf. Dionys. 2, 37, 4 '*eas*' **30** Macr. sat. 6, 1, 14 *tenebat* v. l. **31** Fest. 317 Hersiliae verba cf. Hes. opp. 273 ss *stolidi solidi* cod. '*stulti*' **32** Char. GL I 196 scil. *Romule et Tite Tati* **33** Non. 111 1 *ea* scil. *res.* cf. Vahleni adn. 2 '*prospere*' **34** Prisc. GL II 591 Pomp. GL V 303 cf. Rhet. Her. 4, 12, 18 alii de Tatio a Laurentibus truncato **35** Cic. rep. 1, 64 2 ss = Lact. inst. 1, 15, 31 4 = Prisc. GL II 250 1 *diu* addit Cic. *desiderium* scil. *regis in Olympum evecti* 3 *dii* trad. 5. 4 Lact. 4 *genitor: patriae* (vel *p. g.*) Lact. **36** Serv. Aen. 6, 764 cf. Pomp. wandinschr. 781 et Cic. Tusc. 1, 28 *(cum diis agit aevum)* 1 *diis* trad. **37** Varr. ling. 7, 42 (liber II) scil. *Numae egria .I* cod. **38** Varr. ling. 7, 43 s 2 = Fest. 355 cf. Paul. Fest. 354 1 intellege *Numam* 2 *libaque* Fest.: *Saliba* (*Sa* e dittogr.) *quae* cod. '*tutulati dicti hi, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam*' Varr. **39** Prisc. GL III 3 '*mei*' Horati de certamine verba **40** Prisc. GL II 504 *annuit* trad.

**41** (134) “ferro se caedei quam dictis his toleraret
**42** (138 s) vulturus in silvis miserum mandebat homonem.
heu quam crudeli condebat membra sepulcro
**43** (140) at tuba terribili sonitu taratantara dixit
**44** (142) _ ◡ ◡ et Tiberis flumen vomit in mare salsum
**45** (144 s) Ostia munita est; idem loca navibus pulchris
munda facit; nautisque mari quaesentibus vitam
**46** (146) olim de caelo laevum dedit inclytus signum
**47** (147 s) et densis aquila pennis obnixa volabat
vento quem perhibent Graium genus aera lingua
**48** (149) postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit
**49** (150) Tarquinio dedit imperium simul et sola regni
**50** (151) circum sos quae sunt magnae gentes opulentae
**51** (152) “hac noctu filo pendebit Etruria tota
**52** (153 s) postquam defessi sunt stare et spargere sese
hastis, ansatis concurrunt undique telis
**53** (155) exin Tarquinium bona femina lavit et unxit
**54** (156) prodinunt famuli: tum candida lumina lucent
**55** (158) inde sibi memorat unum super esse laborem
**56** (164 s) qua Galli furtim noctu summa arcis adorti
moenia concubia vigilesque repente cruentant
**57** (166) inicit inritatus: tenet occasus, iuvat res
**58** (167) bellum aequis manibus nox intempesta diremit
**59** (169) cives Romani tunc facti sunt Campani
**60** (170) cum nihil horridius umquam lex ulla iuberet
**61** (171) cogebant hostes lacrimantes ut misererent
**62** (173) quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen

---

**41** Fest. 356 *caede* trad. **42** Prisc. GL II 206 cf. Char. GL I 147, 15 Serv. Aen. 6, 595 1 *vulturis* v. l.: ‘*vultur*’ *silvis* Prisc.: *campo* Serv. (v. l.): *spineto* Char.: *spinis* ci Koch, probat V. *miserum* Prisc.: *supinum* Char. Serv. (v. l.) Metti Fufeti supplicium describitur **43** Prisc. GL II 450 cf. Serv. Aen. 9, 501 **44** Macr. sat. 6, 4, 3 **45** Fest. [1] 258 cf. [2] 142 1 scil. *ab Anco Marcio* 2 *mundo* Fest. [1] **46** Non. 51 (liber III) *inclytus* scil. *ales* (V.) **47** Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 341 1 *aquila in* ci Keil *pinnis*, *primis* al. **48** Fest. 301 cf. Paul. Fest. 300 ‘*suis*’ **49** Fest. 298 s **50** Fest. 301 ‘*eos*’ scil. *Latii* **51** Macr. sat. 1, 4, 18 ‘*nocte*’ Etruscorum principis verba **52** Macr. sat. 6, 1, 16 1 *stant et* codd. cf. v. 571 **53** Don. Ter. Hec. 135 cf. Serv. Aen. 6, 219 *Tarquinii corpus* Serv. scil. *uxor* **54** Fest. 229 Paul. Fest. 228 ‘*prodeunt*’ i. *in Tarquinii funere* **55** Gell. 1, 22, 16 scil. *Servius Tullius* Dianae templi a Latinis una cum Romanis in Aventino facti auctor (V.) **56** Macr. sat. 1, 4, 17 s (liber IV) 1 *qua* scil. *via* a. u. c. 364 **57** Fest. 178 (liber V) ‘*occasio*’ **58** Schol. Hor. ep. 2, 2, 98 *bellum* scil. *Samnitium* a. u. c. 411 **59** GL VI 612. 616 de Ennio auctore non constat **60** cod. Sangall. 621 Orosii hist. 3, 9, 5 scil. *Minuciam virginem Vestalem ob admissum incestum vivam obrui in campo scelerato* **61** Prisc. GL II 428 **62** Macr. sat. 6, 4, 4 scil. *Tiberis*

63 (174) quis potis ingentis oras evolvere belli
64 (175 s) tum cum corde suo divum pater atque hominum rex
effatur
65 (177) navus repertus homo Graio patre Graius homo rex
66 (178) nomine Burrus uti memorant a stirpe supremo
67 (179) "aiio te Aeacida Romanos vincere posse
68 (180 s) stolidum genus Aeacidarum:
bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes
69 (183 ss) proletarius publicitus scutisque feroque
ornatur ferro, muros urbemque forumque
excubiis curant
70 (186) balantum pecudes quatit, omnes arma requirunt
71 (187 ss) incedunt arbusta per alta, securibus caedunt,
percellunt magnas quercus, exciditur ilex,
fraxinus frangitur atque abies consternitur alta,
pinus proceras pervortunt: omne sonabat
arbustum fremitu silvai frondosai
72 (192 s) "qui antehac invicti fuere viri, pater optime Olympi,
hos ego in pugna vici victusque sum ab isdem
73 (194 ss) "nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis:
non cauponantes bellum sed belligerantes,
ferro, non auro, vitam cernamus utrique,
vosne velit an me regnare era quidve ferat Fors
virtute experiamur. et hoc simul accipe dictum:
quorum virtuti belli fortuna pepercit,
eorundem libertati me parcere certum est.
dono, ducite, doque volentibus cum magnis dis
74 (202 s) "quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
antehac, dementes sese flexere viai?

---

**63** Macr. sat. 6, 1, 18 Serv. Aen. 9, 526 Diom. GL I 385, 32 Quint. inst. 6, 3, 86 (liber VI) *qui* v. l. *causas* Quint. *belli* scil. *Pyrrhi* **64** Macr. sat. 6, 1, 10 1 *tunc* v. l. **65** Fest. 166. 169 '*celer ac strenuus*' **66** Fest. 313 + Non. 226 *homines* Non. ll. *pyrrus*, *pyrrh* trad. sed cf. Cic. orat. 160 **67** Cic. div. 2, 116 Quint. inst. 7, 9, 6 Vir. ill. 35, 1 Amm. 23, 5, 9 alii *aio* trad. sed cf. Quint. inst. 1, 4, 11 **68** Cic. l. l. cf. Hes. frg. 205 R. **69** Gell. 16, 10, 1 1 s = Non. 155 1 *proletari ut* Non. ll. *sicuti isque* Gell. codd.: *scutaque* Non. ll: *scuteisque* Gronovius *ferique* Non. ll. 2 *ornatus* Non. ll. **70** Macr. sat. 6, 1, 54 **71** Macr. sat. 6, 2, 27 versus pertinent ad rogum erigendum 1 *peralta* Is. Hilberg **72** Oros. hist. 4, 1, 14 Pyrrhi in templo Iovis Tarentini inscriptio cf. Vahleni adn. **73** Cic. off. 1, 38 de redimendis agitur captivis 2 *nec* v. l. 4 *hera* vulg. 6 *quorumve*, *virtute* (i. *-ei*) v. l. 7 *me libertati* codd.: em V. **74** Cic. Cato 16 2 *dementi se* dett. *via* codd. Appii Claudii orationis a Pyrrhi pacis condicionibus Romanos revocantis frustulum

**75** (207) orator sine pace redit regique refert rem
**76** (208 ss) "divi hoc audite parumper,
ut pro Romano populo prognariter armis
certando prudens animam de corpore mitto
**77** (211) vertitur interea caelum cum ingentibus signis
**78** (213 ss) *a* scripsere alii rem
versibus quos olim Fauni vatesque canebant,
cum neque Musarum scopulos
*b* nec dicti studiosus quisquam erat ante hunc
*c* nos ausi reserare
**79** (218 s) nec quisquam sophiam sapientia quae perhibetur
in somnis vidit prius quam sam discere coepit
**80** (222) qualis consiliis quantumque potesset in armis
**81** (223) Appius indixit Karthaginiensibus bellum
**82** (224) explorant Numidae totum: quatit ungula terram
**83** (225) mulserat huc navem conpulsam fluctibus pontus
**84** (227 ss) tonsas ante tenentes
parerent, observarent, portisculus signum
cum dare coepisset
**85** (230) "poste recumbite vestraque pectora pellite tonsis
**86** (231) pone petunt: exim referunt ad pectora tonsas
**87** (232 s) denique vi magna quadrupes eques atque elephanti
proiciunt sese
**88** (234 ss) haece locutus vocat, quocum bene saepe libenter
mensam sermonesque suos rerumque suarum
comiter impertit magnam cum lassus diei
partem fuisset de summis rebus regundis
consilio indu foro lato sanctoque senatu,
cui res audacter magnas parvasque iocumque
eloqueretur et cuncta malaque et bona dictu

---

**75** Varr. ling. 7, 41 scil. *Cineas* **76** Non. 150 precatur Decius 1 *diu* trad. 2 '*strenue fortiter et constanter*' 3 *anima* codd. **77** Macr. sat. 6, 1, 8 cum decertaretur ad Beneventum **78** Cic. Brut. 75 + 71 + orat. 171 cf. orat. 157 div. 1, 114 Varr. ling. 7, 36 Quint. inst. 9, 4, 115 (liber VII) 2 *fauni et* Varr.: *Faunei* V. **79** Fest. 325 Paul. Fest. 324 1 *philosophiam* trad. 2 '*eam*' **80** cod. Sang. 621 Orosii hist. 4, 6, 21 **81** Cic. inv. 1, 27 initium belli Punici primi **82** Macr. sat. 6, 1, 22 *totum* scil. *campum* *totam* v. l. **83** Prisc. GL II 486 *navim* v. l. **84** Non. 151 1 *tonsas ante* Columna: *tusante* Non.: *tonsam ante* Scal.: *tusam ante* Lindsay '*remos*' 2 '*hortator remigum*' **85** Fest. 356 *postere cumbite* Fest. **86** Fest. 356 Paul. Fest. 357 **87** Gell. 18, 5, 2 ss Macr. sat. 6, 9, 9 Serv. auct. georg. 3, 116 **88** Gell. 12, 4, 4 1 *haec elocutus* trad. *quodcum* plerique 4 *recundis*, *regendis*, *fecundis* v. l. 7 corruptus propter *eloqueretūr* et *cuncta* cf. V. adn. et Hosius ad l.

evomeret si qui vellet tutoque locaret,
quocum multa volup [[gaudia]] clamque palamque,
ingenium cui nulla malum sententia suadet
ut faceret facinus, levis, haud malus, doctus, fidelis,
suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
paucum, multa tenens, antiqua sepulta vetustas
quae facit; et mores veteresque novosque tenentem,
multorum veterum leges divumque hominumque,
prudentem, qui dicta loquive tacereve posset,
hunc inter pugnas conpellat Servilius sic

**89** (252) alter nare cupit: alter pugnare paratust
**90** (253) deducunt habiles gladios filo gracilento
**91** (257) "fortibus est fortuna viris data
**92** (258) "non semper vestra evertit: nunc Iuppiter hac stat
**93** (259) – "quianam dictis nostris sententia flexa est?
**94** (260) sulphureas posuit spiramina Naris ad undas
**95** (262 s) longique cupressi
stant rectis foliis et amaro corpore buxum
**96** (264) fici dulciferae lactantes ubere toto
**97** (266 s) postquam Discordia taetra
belli ferratos postes portasque refregit,
**98** (268 ss) pellitur e medio sapientia, vi geritur res,
spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
haut doctis dictis certantes nec maledictis
miscent inter sese inimicitiam agitantes,
non ex iure manum consertum, sed magis ferro
rem repetunt regnumque petunt, vadunt solida vi
**99** (279) "certare abnueo: metuo legionibus labem

---

9 *voluptas*, *voluptate* v. l. *gaudia* del. Vahlen, qui ci *multa volup sibi fecit* 14 *paucorum* ll.: em Turnebus 15 ss cf. V. adn. 17 *tacereque* plerique 18 *Servilius sic conpellat* V. **89** Fest. 166 V. supplet *fluctibus in mediis* **90** Non. 116 '*gracili*' **91** Macr. sat. 6, 1, 62 **92** Macr. sat. 6, 1, 19 *nostra* (cum cod. Salisb.) *evertet* mavult V. **93** Fest. 257 Paul. Fest. 256 '*quare*' '*cur*' **94** Prisc. GL II 223 *solphur-*, *solphor-*, *sulpor-* ll. **95** Serv. auct. georg. 2, 449 2 *sectis*, *amore* trad. **96** Char. GL I 128 **97** Hor. sat. 1, 4, 60 s Serv. Aen. 7, 622 cf. Porph. et Schol. ad Hor. l. l. (liber VIII) 2 *belli* scil. *Hannibalici* **98** Gell. 20, 10, 4 1 s = Cic.[1] Mur. 30 1 = Lact. inst. 5, 1, 5 5 s = Cic.[2] epist. 7, 13, 2 1 *videtur respuitur*, *v. respui spernitur* sim. Cic.[1] 4 *inimicitias* vulg. 5 *manum* Cic.[2] Gell.: *manu* Gell. ll. praeter Pet. *consertum* scil. *vocant* 5 s *errore rei* Gell. ll. 6 *petunt* Gell. v. l. **99** Diom. GL I 382 Pauli verba Varronis temeritatem cohibentis

**100** (280 s) "hostem qui feriet mihi erit Carthaginiensis
quisquis erit; cuiatis siet
**101** (282) iamque fere pulvis ad caelum vasta videtur
**102** (284) hastati spargunt hastas, fit ferreus imber
**103** (285) densantur campis horrentia tela virorum
**104** (286) is pernas succidit iniqua superbia Poeni
**105** (287 ss) *a* "multa dies in bello conficit unus:
*b* et rursus multae fortunae forte recumbunt:
haudquaquam quemquam semper fortuna secuta est
**106** (292 s) "nunc hostes vino domiti somnoque sepulti
consiluere
**107** (295) Quintus pater quartum fit consul
**108** (297) ob Romam noctu legiones ducere coepit
**109** (298) summus ibi capitur meddix: occiditur alter
**110** (301) Livius inde redit magno mactatus triumpho
**111** (302) Europam Libyamque rapax ubi dividit unda
**112** (303 ss) additur orator Cornelius suaviloquenti
ore Cethegus Marcus Tuditano collega
Marci filius
is dictust ollis popularibus olim
qui tum vivebant homines atque aevum agitabant
flos delibatus populi suadaeque medulla
**113** (309) navibus explebant sese terrasque replebant
**114** (310) Africa terribili tremit horrida terra tumultu

---

**100** Cic. Balb. 51 Hannibal milites Poenos externosque cohortatur 1 *mihi erit* Cic. ll. praeter opt. Par. (qui *erit . . . mihi*) **101** Non. 217 certaminis Cannensis describitur labor **102** Macr. sat. 6, 1, 52 **103** Prisc. GL II 480 **104** Paul. Fest. 304 Fest. 305 *is* (= *iis*) Fest.: *his* Paul. **105** Macr. sat. 6, 2, 16 inter *a* et *b* unum versum intercidisse censet V. *b* 2 *quemquam* unus: om rell. **106** Macr. sat. 6, 1, 20 + Paul. Fest. 58 cf. Verg. Aen. 9, 234 et ad rem Liv. 22, 50, 4 ss '*conticuere*' **107** Gell. 10, 1, 6 Non. 435 *quintum* Non. v. l. i. *Q. Fabius Maximus* a. u. c. 540 **108** Paul. Fest. 179 Fest. 178 Fest. 218 Th. cf. Paul. Fest. 147 alios '*ad*' scil. *Hannibal* **109** Paul. Fest. 123 '*meddix apud Oscos nomen magistratus est*' cf. Jacobsohn Altital. inschr. 50. 56 **110** Serv. auct. Aen. 9, 641 (liber IX) *magnum* v. l. *Livius Salinator* a. u. c. 547 **111** Cic. Tusc. 1, 45 nat. deor. 3, 24 scil. *in freto Gaditano*, ubi pugnam commisit navalem Laelius a. u. c. 548 **112** Cic.[1] Brut. 58 s 4 ss = Gell. 12, 2, 3 6 cf. Cic.[2] Cat. 50 Quint. inst. 2, 15, 4 1 i. a. u. c. 550 2 s *Tuditano collega M(arci) filius: studio collegam filius* trad. 4 *dictus tollis* Gell.: *dictus* Cic.[1] 5 *agebant* Cic. 6 *populi suadae* Cic.[2] Quint. Cic.[1] cod. Flor. e corr.: *populi suadat* Cic.[1]: *populis uada* (vel *populi suada*) Gell. codd. *que* add. Cic.[1] codd. aliquot dett. **113** Serv. Aen. 6, 545 **114** Fest. 153 Cic. de orat. 3, 167 epist. 9, 7, 2 cf. orat. 93 *tremis* Fest. cod. cum Romanorum exercitus adveniret

**115** (314) “sed quid ego haec memoro? dictum factumque facit frux
**116** (319 s) rastros dentefabres capsit causa poliendi agri
**117** (321 s) Cyclopis venter velut olim turserat alte
carnibus humanis distentus
**118** (326 s) insece, Musa, manu Romanorum induperator
quod quisque in bello gessit cum rege Philippo
**119** (329) Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae
**120** (331) egregie cordatus homo catus Aelius Sextus
**121** (332 s) insignita fere tum milia militum octo
duxit delectos bellum tolerare potentes
**122** (334 ss) *a* “sollicitari te Tite sic noctesque diesque
*b* “o Tite si quid ego adiuero curamve levasso
quae nunc te coquit et versat in pectore fixa,
ecquid erit praemi?
*c* ille vir haud magna cum re sed plenus fidei
**123** (339) hinc Nox processit stellis ardentibus apta
**124** (343 ss) aspectabat virtutem legionis suai
expectans si mussaret [dubitaret], quae denique causa
pugnandi fieret aut duri ⟨finis⟩ laboris
**125** (348) regni versatum summam venere columnam
**126** (352) et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta
**127** (358 s) quae neque Dardaniis campis potuere perire
nec cum capta capi nec cum combusta cremari

---

**115** Prisc. GL II 278 Hannibalis verba vel Scipionis ‘*frugi homo*’ **116** Non. 66 *ratros* v. l. scil. *unusquisque Carthaginiensis pacis cupidus* **117** Prisc. GL II 486 1 *terserat* v. l. *alti* trad. **118** Gell. 18, 9, 3 ff (liber X) 1 de *insece* et *inseque* egit Gell. scil. *bello Macedonico* **119** Isid. orig. 1, 35, 3 i. *P. Sulpicio Galbae C. Aurelio Cottae* a. u. c. 554 **120** Cic. rep. 1, 30 de orat. 1, 198 Tusc. 1, 18 cf. Varr. ling. 7, 46 *Sex. Aelius Paetus* a. u. c. 556 **121** Prisc. GL II 30 1 *insignata* v. l. ⟨*ad*⟩ *octo* Marx 2 *dilectus* v. l. scil. *T. Quinctius Flamininus* **122** Cic. Cato 1 *b* 1 = Don. Ter. Phorm. prol. 34 *b* 1 *ego* ll. praeter Par. (qui *te* exh.) *adiuvero*, *adiuto* (*te adiuto* Don.) trad. *levavero* v. l. 3 *et quid*, *pretii* v. l. verba sunt nuntii a Charopo Epirotarum principe ad Flamininum missi (V.) **123** Macr. sat. 6, 1, 9 **124** Serv. auct. georg. 4, 188 ad 343 s cf. Nestor Novariensis ed. Ven. a. 1496 p. 68 1 *aspectabat* scil. *Quinctius Cynoscephalis* *suai*: *suae* Nest.: *sive* Serv. auct. 2 *exspectans* Nest.: *spectans* Serv. auct. *mussitarent* Nest. *dubitaret* del. Bergk *causam* Serv. auct.: *pausa* Bergk 3 *finis* add. Bergk *labores* trad. **125** Don. Ter. Phorm. 287 *venere* Ilberg: *vero* ll. scil. *Macedoniae Romani* **126** Non. 483 *essi mulier erubuit* trad. *ceu*: *ceci* v. l. *lacte* nomin. **127** Macr. sat. 6, 1, 60 (liber XI) *quae* scil. *Pergama*

**128** (362) pendent peniculamenta unum ad quemque pedum
**129** (363) tum clipei resonunt et ferri stridit acumen
**130** (364) missaque per pectus dum transit striderat hasta
**131** (367 ss) omnes mortales victores, cordibus vivis
laetantes, vino curatos, somnus repente
in campo passim mollissimus perculit acris
**132** (370 ss) unus homo nobis cunctando restituit rem.
non enim rumores ponebat ante salutem.
ergo postque magisque viri nunc gloria claret
**133** (373) quem nemo ferro potuit superare nec auro
**134** (374 s) sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo
vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit
**135** (377) nos sumus Romani, qui fuimus ante Rudini
**136** (378) "isque Hellesponto pontem contendit in alto
**137** (379) "contempsit fontes quibus exerugit aquae vis
**138** (380) "satin vates verant aetate in agunda?
**139** (381 ss) "Hannibal audaci cum pectore de me hortatur,
ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor
suasorem summum et studiosum robore belli
**140** (384 s) verrunt extemplo placide mare: marmore flavo
caeruleum spumat sale conferta rate pulsum
**141** (386) labitur uncta carina, volat super impetus undas
**142** (387 s) cum procul aspiciunt hostes accedere ventis
navibus velivolis
**143** (391 s) "nunc est ille dies cum gloria maxima sese
nobis ostendat si vivimus sive morimur
**144** (393) horrescit telis exercitus asper utrimque

---

**128** Non. 149 fort. *pedum* (*nunc*) V. **129** Prisc. GL II [1]445. [2]473 *tunc* Prisc.[2] *clepei* v. l. *resonant* Prisc.[1] (praeter cod. Carolir.) *aes* Prisc.[1] de rebus Flaminini et Graecorum agitur **130** Prisc. GL II 419 **131** Prisc. GL II [1]153. [2]230 (liber XII) 1 *omnis mortalis* Prisc.[1] plerique Prisc.[2] nonnulli *vivis*: *huius* v. l.: *imis* e coni. edd. nonnulli **132** Cic. off. 1, 84 Cato 10 1 = Macr. sat. 6, 1, 23 Cic. Att. 2, 19, 2 Liv. 30, 26, 9 Serv. Aen. 6, 845 alii 1 *homo*: *qui* Cic. Cato (v. l.) Serv. e Verg. Aen. 6, 846 scil. *Fabius Cunctator* **133** Cic. rep. 3, 6 scil. *M'. Curium* **134** Cic. Cato 14 *sicuti* v. l. **135** Cic. de orat. 3, 168 scil. *Ennius* **136** Varr. ling. 7, 21 (liber XIII) scil. *Antiochus, Asiae rex* **137** Macr. exc. GL V 651. 626 *ex erugit*? Keil **138** Gell. 18, 2, 16 '*vera dicunt*' cf. V. adn. **139** Gell. 6, 2, 5. 9 1 s cf. Non. 195 1 *annibal laudacium* Non. ll. 3 ἐφιέμενον ἐρρωμένως interpr. V. loquitur Antiochus **140** Gell. 2, 26, 21 s 2 = Prisc. GL II 171 (liber XIV) ad verborum distinctionem cf. V. adn. 1 *placidum* Parrhasius 2 *sale* Prisc.: *mare* Gell. pugna describitur navalis bello Antiochino ad Myonnesum facta (V.) **141** Macr. sat. 6, 1, 51 **142** Macr. sat. 6, 5, 10 **143** Prisc. GL II 501 2 *ostendit*, *ostentat* v. l. frustulum cohortationis ante proelium ad Magnesiam ad Sipylum commissum factae **144** Macr. sat. 6, 4, 6

**145** (394 s) infit “o cives quae me fortuna ferocis
contudit, indigno bello confecit acerbo
**146** (396) omnes occisi obcensique in nocte serena
**147** (397) malos defindunt, fiunt tabulata falaeque
**148** (398 s) occumbunt multi letum ferroque lapique
aut intra muros aut extra praecipe casu
**149** (401 ss) undique conveniunt velut imber tela tribuno:
configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
aerato sonitu galeae, sed nec pote quisquam
undique nitendo corpus discerpere ferro.
semper abundantes hastas frangitque quatitque.
totum sudor habet corpus, multumque laborat,
nec respirandi fit copia: praepete ferro
Histri tela manu iacientes sollicitabant
**150** (410) quippe vetusta virum non est satis bella moveri
**151** (411 s) reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt,
aedificant nomen: summa nituntur opum vi
**152** (414) ingenio forti dextra latus pertudit hasta
**153** (415) concidit, et sonitum simul insuper arma dederunt
**154** (416 s) tamen induvolans secum abstulit hasta
insigne
**155** (418) tunc timido manat ex omni corpore sudor
**156** (419) matronae moeros complent spectare faventes
**156 a** (421) quos ubi rex Epulo spexit de cotibus celsis
**157** (423) primus senex bradys in regimen bellique peritus
**158** (424) “aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps it
**159** (427) “navorum imperium servare est induperantum

---

**145** Prisc. GL II 518 1 *fero sic* trad.: *ferocis* (= *quae esse ferocis fortuna solet*) V.: *ferox sic, ferocem* alii 2 *indigne et* ci Columna *acervo* ll. praeter unum belli calamitatem deplorat Antiochus **146** Fest. 201 ‘*accensi*’ **147** Non. 114 (liber XV) *diffindunt* Merula: *defigunt* V. ‘*turres ligneae*’ scil. in oppugnatione Ambraciae Aetolorum urbis **148** Prisc. GL II 281 1 = Prisc. GL II 250 1 *obcumbunt* v. l. ‘*lapide*’ **149** Macr. sat. 6, 3, 3 cf. Hom. Π 102 ss et Verg. Aen. 9, 803 ss 1 scil. *Caelio* ab Histrorum impetu se defendenti ante 3 versum intercidisse suspicatur V. 5 *obundantes* ci Pontanus **150** Fest. 257 (liber XVI) ‘*quodni*’ T. Caecilius Teucer fraterque eius celebrantur cf. Vahl. p. CXCIX s **151** Macr. sat. 6, 1, 17 **152** Prisc. GL II 518 *dextrum* Merula *asta* cod. Bern. cf. Varr. ling. 5, 115 **153** Macr. sat. 6, 1, 24 **154** Macr. sat. 6, 1, 53 1 *inde volans* v. l. 2 scil. *apicem* **155** Macr. sat. 6, 1, 50 *tum* v. l. = *manavit*? Lachm. ad Lucr. 5, 396 **156** Serv. auct. georg. 1, 18. 4, 230 ‘*volentes*’ **156**a Fest. 437 cf. Varr. ling. 6, 82 V. ad l. PW VI 265, 2 **157** Fest. 278 *bradyn* trad.: *bradus* Merula **158** Prisc. GL II 153 + Serv. Aen. 6, 685 cf. Explan. in Don. GL IV 491 *sequitur* om Serv. *hiems* v. l. *it* om Prisc.: *fit* ci Fabricius **159** Fest. 166. 169 ‘*strenuorum*’ *insuperantum* trad.

**160** (429) "spero si speres quicquam prodesse potis sunt
**161** (430) "quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque
**162** (433) "nox quando mediis signis praecincta volabit
**163** (434 s) interea fax
occidit oceanumque rubra tractim obruit aethra
**164** (436 s) hic insidiantes vigilant, partim requiescunt
texti, ⟨cum⟩ gladiis, sub scutis ore faventes
**165** (439) it eques et plausu cava concutit ungula terram
**166** (440) tum cava sub monte late specus intus patebat
**167** (442) tollitur in caelum clamor exortus utrisque
**168** (443 ss) concurrunt veluti venti cum spiritus austri
imbricitor aquiloque suo cum flamine contra
indu mari magno fluctus extollere certant
**169** (456) "o genitor noster Saturnie, maxime divum
**170** (457 s) Iuppiter hic risit tempestatesque serenae
riserunt omnes risu Iovis omnipotentis
**171** (459) iam cata signa fere sonitum dare voce parabant
**172** (463) "quis pater aut cognatus volet vos contra tueri
**173** (464) "aversabuntur semper vos vostraque vulta
**174** (465 s) "audire est operae pretium procedere recte
qui rem Romanam Latiumque augescere vultis
**175** (467 s) "tibi vita
seu mors in mundo est
**176** (469) cum sese exsiccat somno Romana iuventus
**177** (472 s) oscitat in campis caput a cervice revulsum
semianimesque micant oculi lucemque requirunt
**178** (477) idem campus habet textrinum navibus longis
**179** (478) labitur uncta carina per aequora cana celocis

---

**160** Fest. 333 '*speres . . . pluraliter*' **161** Fest. 325 '*ipsa*' **162** Fest. 258 '*quoniam*' **163** Macr. sat. 6, 4, 19 **164** Serv. auct. georg. 4, 230 cf. id. georg. 1, 18 **165** Macr. sat. 6, 1, 22 (liber XVII) **166** Prisc. GL II 260 Non. 222 cf. Fest. 343 GL suppl. 102 *tum cava* Prisc.: *tum cavo* GL suppl.: *tum causa* Fest. cod.: *concava* Non.: *cum cava* ci V. *m. alte* Fest. cod.: *montis latet* Non. codd. *inter* GL suppl.: *inius* Fest. *petebat* v. l. **167** Macr. sat. 6, 1, 21 *clamos* ci Lachm. *utrimque* Merula **168** Macr. sat. 6, 6, 28 2 ad *contra* cf. V. adn. 3 *inde* trad. **169** Prisc. GL III 205 (liber incertus) cf. ex. gr. Hom. Θ 31 **170** Serv. auct. Aen. 1, 254 **171** Varr. ling. 7, 46 '*acuta*' *ferae* cod.: *fere* Laetus: *fera* O. Mueller **172** Varr. ling. 7, 12 *nos* cod. **173** Non. 230 *adversabantur*, *vivos* Non. ll. duo versus olim in unum conexi **174** Porph. Hor. sat. 1, 2, 37 1 = Mar. Victorin. GL VI 67 2 = Non. 478 2 *alciscere* Non. **175** Char. GL I 201 **176** Schol. Stat. Theb. 6, 27 **177** Serv. Aen. 10, 396 **178** Serv. auct. Aen. 11, 326 cf. Cic. orat. 157 'ναυπήγια' **179** Isid. orig. 19, 1, 22 Inscr. Buech. Mus. rhen. 59 (1904) 322 cf. Thes. l. l. III s. v. *celox*

**180** (479) ingenti vadit cursu qua redditus termo est
**181** (482) "haud temere est quod tu tristi cum corde gubernas
**182** (483) "dum clavum rectum teneam navemque gubernem
**183** (484 s) . cum a carcere fusi
currus cum sonitu magno permittere certant
**184** (487) cum magno strepitu Volcanum ventus vegebat
**185** (491) "optima caelicolum, Saturnia, magna dearum
**186** (493) "qui vincit non est victor nisi victus fatetur
**187** (494) "dum quidem unus homo Romanus toga superescit
**188** (495) et detondit agros laetos atque oppida cepit
**189** (499) tonsillas rapiunt, configunt litus, aduncas
**190** (500) moribus antiquis res stat Romana virisque
**191** (501 s) septingenti sunt paulo plus aut minus anni,
augusto augurio postquam inclita condita Roma est
**192** (503) Hispane, non Romane, memoretis loqui me
**193** (504) Illyrii restant sicis sybinisque fodentes
**194** (514 ss) et tum sicut equus qui de praesepibus fartus
vincla suis magnis animis abrupit et inde
fert sese campi per caerula laetaque prata,
celso pectore saepe iubam quassat simul altam,
spiritus ex anima calida spumas agit albas
**195** (519 s) cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit
et pereunte viro raucum sonus aere cucurrit
**196** (521 s) corpore tartarino prognata Paluda virago,
cui par imber et ignis, spiritus et gravis terra
**197** (527) tum tonuit laevum bene tempestate serena

**180** Fest. 363 '*terminus*' **181** Serv. auct. Aen. 9, 327 '*sine causa*' *corde: mente* v. l. **182** Isid. orig. 19, 2, 12 Quint. inst. 2, 17, 24 *dum* Quint.: *ut* Isid. *navimque* v. l. **183** Schol. Verg. Bern. georg. 1, 512 1 *e carcere* Hagen **184** Fest. 153 *vegerat* trad. **185** Prisc. GL III 192 **186** Serv. auct. Aen. 11, 306 *vicit* v. l. **187** Fest. 302 Paul. Fest. 303 *Romanus toga* Fest.: *Romae* Paul. '*supererit*' **188** Prisc. GL II 482 *detotondit* trad.: corr. Bamb. **189** Isid. orig. 19, 2, 14 *tonsillasapiunt* ll. optt. '*uncinos ferreos vel ligneos*' **190** Aug. civ. 2, 21 p. 81 Gallican. Avid. 5, 7 *restat* v. l. **191** Varr. rust. 3, 1, 2 2 = Suet. Aug. 7 **192** Char. GL I 200, 22 cf. Fest. 286 *ispani* Fest. **193** Paul. Fest. 336 *sybina* '*telum Illyriorum venabuli simile*' *fodantes* Merula V. ad Paul. Fest. 84 **194** Macr. sat. 6, 3, 7 (cf. Hom. Z 506 ss) **195** Schol. Stat. Theb. 11, 56 **196** Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 340 1 — Varr. ling. 7, 37 cf. Fest. 359 1 *corpora tartareo, palude* sim. Prob. codd. (cf. V. p. 304) **197** Cic. div. 2, 82

**198** (528) tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat
**199** (529) tunc coepit memorare simul cata dicta
**200** (530) inde loci lituus sonitus effudit acutos
**201** (531) clamor ad caelum volvendus per aethera vagit
**202** (532) “pandite sulti genas et corde relinquite somnum
**203** (537) atque atque accedit muros Romana iuventus
**204** (538 s) fortunasque suas coepere latrones
inter se memorare
**205** (540) effudit voces proprio cum pectore sancto
**206** (541) contremuit templum magnum Iovis altitonantis
**207** (542 s) qui fulmine claro
omnia per sonitus arcet, terram mare caelum
**208** (547 s) at Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est,
corde suo trepidat
**209** (555) olli cernebant magnis de rebus agentes
**210** (556) perque fabam repunt et mollia crura reponunt
**211** (557) interea fugit albus iubar Hyperionis cursum
**212** (558) inde patefecit radiis rota candida caelum
**213** (559) “hos pestis necuit, pars occidit illa duellis
**214** (560) omnes mortales sese laudarier optant
**215** (563) contra carinantes verba atque obscena profatus
**216** (565) cum legionibus quom proficiscitur induperator
**217** (569) atque manu magna Romanos inpulit amnis
**218** (570) pila retunduntur venientibus obvia pilis
**219** (573) carbasus alta volat pandam ductura carinam

---

**198** Varr. ling. 7, 32 *faeta* cod. ‘*canis*’ **199** Varr. ling. 7, 46 *cepit memorari* cod. *simul* ⟨*lacrimans*⟩ tempt. V. ‘*acuta*’ **200** Paul. Fest. 116 **201** Varr. ling. 7, 104 ‘ἑλισσόμενος’ V. **202** Fest. 343 510, 21 Th. Paul. Fest. [1] 342. [2] 94 *sultigenias* Fest.: *sulpigenas* Paul. [2] ‘*si voltis*’ **203** Gell. 10, 29, 2 cf. Non. 530 *atque* semel, *accendit* Non. **204** Non. 134 *suas: quas* trad. ‘*mercennarii*’ **205** Serv. georg. 2, 424 *effundit* v. l. **206** Varr. ling. 7, 7 **207** Serv. auct. Aen. 1, 31 + Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 343 **208** Cic. de orat. 3, 168 *ut* integri *tametsi* v. l. **209** Serv. Aen. 12, 709 **210** Serv. georg. 3, 76 scil. *grues* *per quam* v. l.: om all. **211** Prisc. GL II 170 *currum* L. Mueller **212** Isid. orig. 18, 36, 3 *patefacit* v. l. **213** Prisc. GL II 470 **214** Aug. [1] trin. 13, 3, 6 [2] ep. 231, 3 *laudari exoptant* Aug. [2] **215** Serv. auct. Aen. 8, 361 ‘*obtrectantes*’ de prosodia cf. Skutsch PW V 2620 et Thes. l. l. s. v. *carino* *aeque* coni Castricomius Hauptius **216** Cassiod. GL VII 207 *imperator* trad. **217** Schol. Veron. Verg. Aen. 5, 241 **218** Comment. Lucan. 1, 6 **219** Schol. Stat. Ach. 1, 558 ap. C. Barthium in Stat. tom. III p. 1693 ‘*navis*’

## SCENICA

**220** (1 ss *Scenic. V.*[2]) exsúrge, praeco, fác populo audiéntiam. —
siléteque et tacéte atque animum advértite:
audíre iubet vos ímperator
**221** (5) ínterea mortáles inter sése pugnant proéliant
**222** (6) sérva cives, défende hostes, cúm potes deféndere
**223** (7 ss) súmmam tu tibi pró mala
víta famam extólles et pro bóna paratam glóriam.
mále volentes fámam tollunt, béne volentes glóriam
**224** (10 s) per ego deúm sublimas súbices
úmidas, unde óritur imber sónitu saevo et spíritu
**225** (12) éo ego ingenio nátus sum: amicitiam átque inimi-
citiam ín frontem promptám gero
**226** (13 s) quo núnc incerta re átque inoratá gradum
regrédere conare?
**227** (17) ⏑ – qui rem cum Achívis gesserúnt statim
**228** (19) lumén iubarne in caélo cerno? – ⏑ –
**229** (20) Aíax: misso sánguine tepido túllii efflantés volant
**230** (22 ss) múltis sum modis círcumventus, mórbo exilio atque
ínopia;
túm pavor sapiéntiam omnem mi éxanimato ex-
péctorat:
álter terribilém minatur vítae cruciatum ét necem;
quaé nemo est tam fírmo ingenio et tánta confidéntia
quín refugiat tímido sanguen átque exalbescát metu

---

**220** Plaut. Poen. prol. 11. 3 s (Achilles, Achilles Aristarchi) pronuntiant 1 histricus, 2 s praeco **221** Non. 472 *inta, ita* codd. **222** Non. 277 **223** Isid. diff. 218 p. 29 Arev. 2 *pro mala v. f. extolles pro b. partam g.* mavult Ribb. 3 bis *viventes?* **224** Fest. 305 Gell. 4, 17, 14 Non. 169 (usque ad *imber*) 1 *sublimas* om Fest. *subicis* Non.: *subiices* V. ‘*nubes subiectas*’ 2 *humidas* Gell. *inde* Fest. *et* om Fest. *strepitu* Gell. **225** Gell. 19, 8, 6 Non. 129 verba Achillis cf. Hom. I 312 *ego* om Gell. *fronte* v. l. **226** Non. 166 ‘*revocare*’ **227** Non. 393, 14 (Aiax) ‘*perseveranter*’ ‘*aequabiliter*’ scil. *Troiani* **228** Varr. ling. 6, 6. 81. 7, 76 **229** Fest. 352 *animam m. sangui* Hermann ‘*silani*’ ‘*rivi*’ **230** Cic.[1] de orat. 3, 218 1 = Cic.[2] fin. 4, 62 2 = Cic.[3] de orat. 3, 154 [4]Tusc. 4, 19 Non.[1] 16 5 = Cic.[5] fin. 5, 31 cf. Non.[2] 224 Prisc. GL II 250 (Alcmeo, Ἀλκμέων ὁ διὰ Ψωφίδος Euripidis?) Alcmeo loquitur 1 *multis modis sum* Cic.[1] integri (Cic.[2]?), unde *multimodis sum* coni edd. (cf. Cic. or. 153) 2 *mihi* tradd.: om Cic.[1] mutili *mihi omnem* Cic.[3] v. l. *omnem s. mi* Non.[1] v. l. *ex anima expectaret (expectoret)* Cic.[4] 3 *alter* om Cic.[1] mutili: *mater* Ribbeck: *ultor* V. *minitatur* Cic.[1] integri 5 *non fugiat* Non.[2] *sanguine* Cic.[1] v. l.: *sanguis* Cic.[5]

**231** (27 ss) *a* unde haec flamma oritur?
*b* incede, íncede, adsunt, me éxpetunt
*c* fer mi aúxilium, pestem ábige a me, flammíferam hanc vim quae me éxcruciat.
caerúlea incinctae angui íncedunt, circúmstant cum ardentíbus taedis
*d* íntendit crinítus Apollo
arcum aúratum luna ínnixus:
Diána facem iacit á laeva
*e* séd mihi ne utiquam cór consentit cum óculorum aspectú ⏑ –

**232** (35 ss) ⏑ máter gravida párere se ardentém facem
visá est in somnis Hécuba; quo factó pater
rex ípse Priamus sómnio mentís metu
percúlsus curis súmptus suspirántibus
exsácrificabat hóstiis balántibus.
tum cóniecturam póstulat pacém petens
ut se édoceret óbsecrans Apóllinem
quo sése vertant tántae sortes sómnium.
ibi éx oraclo vóce divina édidit
Apóllo puerum prímus Priamo quí foret
postílla natus témperaret tóllere:
eum ésse exitium Tróiae, pestem Pérgamo

**233** (47 s) iam dúdum ab ludis ánimus atque aurés avent
avide éxspectantes núntium

**234** (49) múlti alii adventánt, paupertas quórum obscurat nómina

**235** (50) hóminem appellat: "quíd lascivis, stólide? non intéllegis

**236** (51) voláns de caelo cúm corona et taéniis

**237** (52) is hábet coronam vítulans victória

**238** (53) quápropter Parím pastores núnc Alexandrúm vocant

**239** (54 ss) *a* séd quid oculis rápere visa est dérepente ardéntibus,

---

**231** Cic. ac. 2, 89 + *(e)* 52 (cf. ac. 2, 89 s). 88 cf. Fest. 165 Alcmeonis verba *b in caede* bis Vind. *c* 2 *caeruleae* sim. trad. *igni* trad. *d* 1 ⟨*hac*⟩ suppl. V. *e aspectu* ⟨*truci*⟩ ci Ribb. ad Pacuv. 3 **232** Cic. div. 1, 42 (A l e x a n d e r, Ἀλέξανδρος Euripidis) Cassandrae verba 1 ⟨*mea*⟩ ci V. 9 *ubi* v. l. *divinae dedit* v. l. **233** Varr. ling. 6, 83 **234** Macr. sat. 6, 1, 61 'agitur de ludis Paridisque victoria' V. **235** Fest. 317 *lascivi* et *intellegit* trad. **236** Fest. 360 scil. *Venus* vel *Victoria* **237** Paul. Fest. 369 '*laetans gaudio*' **238** Varr. ling. 7, 82 **239** Cic. div.

(aút) ubi illa paulo ánte sapiens vírginali módestia? —
máter optumá, tu multo múlier melior múlierum,
míssa sum supérstitiosis háriolatiónibus,
néque me Apollo fátis fandis démentem invitám ciet.
vírgines vereór aequalis, pátris mei meum factúm pudet,
óptumi virí. mea mater, túi me miseret, méi piget:
óptumam progéniem Priamo péperisti extra me; hóc dolet;
mén obesse, illós prodesse, me óbstare, illos óbsequi
*b* ádest, adest fax óbvoluta sánguine atque incéndio,
múltos annos látuit, cives, férte opem et restínguite
*c* iámque marí magnó classís cita
téxitur, éxitium éxamén rapit:
ádveniét, fera vélivolántibus
návibus cómplebít manus lítora
*d* eheu videte:
iúdicavit ínclitum iudícium inter deás tris aliquis:
quó iudicio Lácedaemonia múlier, furiarum úna adveniet

**240** (72 ss) ó lux Troiae, gérmane Hector,
quíd ita cum tuó lacerato
córpore (abiectú's) miser aut qui
té sic respectántibus
tráctavere nóbis?

**241** (76 s) nam máximo saltú superabit grávidus armatís equus,
qui suo partu ardua perdat Pergama

---

1, 66 s + *(d)* 1, 114 (cf. 2, 112) *a* 6 *c* 2 = Cic. orat. 155 *b* 1 = Non. 112. 328 *c* 1 *d* 1 = Cic. div. 2, 112 Att. 8, 11, 3 (= *c* 1) audimus *a* 1.2 Hecubam, *a* 3 — *d* Cassandram *a* 1 *rabere visa es* ci Muretus Lambinus 2 ⟨*aut*⟩ *ubi illa* Lachm.: *ubi illa* ⟨*tua*⟩ al. *virginali*? 3 *optuma tum* ll.: *optuma tu* V.: *optumarum* all. 5 *neque me: namque* Ribb. 6 *vero* ll. 8 *repperisti (repe-)* optt. *b* 1 *adest f. involuta incendio (-i)* Non. bis 2 *referte* v. l. *c* 4 *complevit* optt. *d* 2 *iudicabit* Haupt **240** Macr. sat. 6, 2, 18 cf. Leo[2] 20 3 ⟨ ⟩ inseruit Leo *miser* ⟨*es*⟩ V. 5 εἵλκυσαν interpretatur V. iambos restituit Ribb., Buech. praetulit anapaestos **241** Macr. sat.[1] 6, 2, 25 1 cf. Macr.[2] 3, 13, 13 1 *superavit* ll. *gravibus* Macr.[1] ll. 2 anapaestos esse iudicat Leo[2] 21, Vahlenus trochaeos (unde *qui* ⟨*cum*⟩ *suo* coni), senarium Ribb. *ardua*⟨*m*⟩ *arce*⟨*m*⟩ expletis

**242** (79) rapit éx alto navés velivolas
**243** (80 s) ◡ – ◡ annos múltos longinque áb domo
bellúm gerentes súmmum summa indústria
**244** (82) Hectóris natum dé Troiano múro iactarí ◡ –
**245** (83 s) nam ubi íntroducta est púerumque ut laverént locant
in clýpeo
**246** (85 ss) *a* ex ópibus summis ópis egens Hectór tuae
*b* quíd petam praésidi aut éxequar, quóve nunc
aúxilio éxili aút fuga fréta sim?
árce et urbe órba sum: quo áccidam, quo ápplicem,
cuí nec arae pátriae domi stant, fráctae et disiectaé iacent,
fána flamma déflagrata, tósti alti stant párietes
déformati atque ábiete crispa
*c* o páter, o patria: o Príami domus,
saeptum áltisono cardíne templum,
vidi égo te adstantem ope bárbarica
tectís caelatis láqueatis
auro ébore instructam régifice
*d* haec ómnia vidi inflámmari,
Priamó vi vitam evítari,
Iovis áram sanguine túrpari
**247** (100 s) vidí, videre quód me passa aegérrume,
Hectórem curru quádriiugo raptárier
**248** (102) quantís cum aerumnis íllum exanclaví diem!
**249** (103) quíd fit? seditió tabetne an números augificát suos?

---

**242** Macr. sat. 6, 5, 10 (Andromacha Aechmalotos ad Euripidis fabulam fortasse cognominem, quam cognitam non habemus) *capit* v. l. scil. *ventus* **243** Non. [1]402. [2]515 1 *a domo* Non.[2] **244** Varr. ling. 10, 70 *Hectŏris* *e* ci Lachm. *H. n. d. moero iactarier* Scal. qui subiecit frg. 28 et intellegit *iubent*, *flagitant* **245** Non. 504 *cypeo (cip-)* trad. scil. *Hecuba* et *Astyanacta* **246** Cic.[1] Tusc. 3, 44 s *b* 1 = Cic.[2] de orat. 3, 183 (cf. 3, 102) *b* 3 cf. Cic.[3] orat. 93 *c* 1 = Cic.[4] de orat. 3, 102. 217 (cf. Sest. 121 Serv. Aen. 2, 241) *c* 3 s = Cic.[5] Tusc. 1, 85 cf. Serv. auct. Aen. 1, 726 *d* = Cic[6] Tusc. 1, 85 *d* 1 s = Cic.[7] de orat. 3, 217 cf. Sest. 121 Tusc. 3, 53 *d* 3 = Non. 181 *b* cf. Ἀνδρ. 397 ss Andromachae preces *a* intellege *voco te* (V.) *b* 2 *fugae* Bentley 3 *arcem et urbem orbas* Cic.[3] *accedam* trad. scil. *ad genua* *b* 5 *alii* trad. *c* 3 *astante* Cic.[5] *te* scil. *Priami domum stantem* *c* 4 *lacuatis* Serv. auct. *c* 5 *regificem* trad. *d* 1 *videt* Cic.[7] *d* 2 *vi* om Cic.[7] *evitaret* Cic.[7] (mutili) *d* 3 *sanguinem* Cic.[1] **247** Cic. Tusc. 1, 105 cf. frg. 25 *vidi* scil. *Andromacha* **248** Non. 292 *ennius andromache malo torquantis* (*-entis* v. l.) trad. i. e. ‘*E. A. aechmaloto quantis*’ ‘*perpessa sum*’ scil. *Andromacha* **249** Non. 76 *tabesne*, *numerus* trad.

**250** (104) séd quasi aut ferrum aút lapis durát, rarenter gémitum conatúr trahens
**251** (105) Andrómachae nomen qui índidit, recte ei índidit
**252** (106) nám neque iratí neque blandi quícquam sinceré sonunt
**253** (107 ss) Acherúsia templa alta Órci
salvéte infera pallída leti
nubíla tenebris loca
**254** (112 s) *a* quae cava caeli
*b* signitenentibus conficis bigis
**255** (114) córpus contemplátur unde córporaret vúlnere
**256** (115) scrúpeo investíta saxo atque óstreis squamaé scabrent
**257** (118 s) alia flúctus differt díssupat
vísceratim mémbra, maria sálsa spumant sánguine
**258** (120) líberum quaeséndum causa fámiliae matrém tuae
**259** (121) út tibi Titánis Trivia déderit stirpem líberum
**260** (122) fíliis proptér te obiecta sum ínnocens Nereí ⏑ –
**261** (123 ss) his érat in ore Brómius, his Bacchús pater,
illís Lyaeus, vítis inventór sacrae:
tum páriter euhan (euhoe euhoe) eúhium
ignótus iuvenum coétus alterná vice
inníbat, alacris Bácchico insultáns modo
**262** (128) ⏑ ⏑ an inter se sórtiunt urbem átque agros

---

**250** Non. 515 prius *aut* om nonnulli *conatu* ci Lipsius *trabem* trad.: em Lipsius a *durat* senarium iambicum incipere maluerunt plerique **251** Varr. ling. 7, 82 et *ei* (om vulg.) *indidit* et *indidit* Varr.: hoc probavit Goetz **252** Non. 505 *quiquam* trad. **253** Varr. ling. 7, 6 (1 s) + (1.3 s) Cic. Tusc. 1, 48 cf. Leo[2] 21 1 *Acherunsia* Cic. 3 *leti* dett.: *leti o*, *leto* rell. **254** Varr. ling. 5, 19 (Andromeda, Ἀνδρομέδα Euripidis) cf. Aristoph. Thesmoph. 1065 s Andromedae Euripideae principium ὦ νὺξ ἱερά, ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος ἱερᾶς τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου unde 'sacra Nox' praefixit Buech. *a que* cod. **255** Non. 20 '*interficeret*' e nuntii de fera interempta narratione (V.) **256** Non. 169 cf. Paul. Fest. 332 *scrupi . . . aspera saxa* Fest. 333 *screpeo* v. l. scil. *terga saxa* cod. Fest. *hos*-[*treis . . .*] Fest. cod. *quam excrabrent* trad. **257** Non. 183 *salso* ci Scriverius **258** Fest. 258 vel *quaesundum*: *quae secundum* trad. dicit Andromeda Perseo **259** Varr. ling. 7, 16 haec Persei verba Medeae adscripserunt O. Mueller et Ribb. **260** Prisc. GL II 293 *a filiis* ci Buech. intellege *filiabus Nerei* scil. *in gratiam Nereidum* V. *te* scil. *matrem* supple *senis*, *ferae* (V.) **261** Char. GL I 241, 6 (Athamas) cf. Leo[2] 16 1 *is* trad. 2 *lisaeus* trad. 3 *euhoe cantans* Buech.: *euhi'e euhoe virgin um* Leo[2] 4 *unosus* (i. *univorsus*) ci V.: *ac totus* Leo[2] 5 ἐξῆρχε (V.) *insultas* trad. **262** Non. 471 (Cresphontes, Κρεσφόντης Euripidis) *an*: *avi* ci Buech. ⟨*iterum*⟩ *inter* V. *inter se*⟨*se*⟩ Vossius

**263** (129) ducít me uxorem líberorum síbi quaesendum grátia.

**264** (131 s) neque térram inicere néque cruenta cónvestire córpora
mihí licuit neque míserae lavere lácrimae salsum sánguinem

**265** (134) égo meae cum vítae parcam, létum inimico déprecer

**266** (135 s) út nos nostri líberi
défendant, pro nóstra vita mórti occumbant óbviam

**267** (137 s) cui núnc aerumna méa libertatém paro
quibus sérvitutem méa miseria déprecor

**268** (139) lápideo sunt córde multi quós non miseret néminis

**269** (141 ss) undé sibi populi et réges consilium éxpetunt
suárum rerum incérti, quos egó mea ope ex
incértis certos cómpotesque cónsili
dimítto, ut ne res témere tractent túrbidas

**270** (145 s) tacére opino esse óptumum, et pro víribus
sapere átque fabulári tute nóveris

**271** (147) nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem

**272** (148) íd ego ius atque aécum fecisse éxpedibo atque éloquar

**273** (149) _ dico vicísse Orestem: vós ab hoc facéssite

**274** (151 ss) caelúm nitescere, árbores frondéscere,
vités laetificae pámpinis pubéscere,

---

**263** Fest. 258 *duxit* Scriverius, scil. *Cresphontes Meropam* **264** Macr. sat. 6, **2**, **21** 1 s *mihi corpora* trad. **2** *mihi* scil. *Meropae miserae nec* ci Vossius **265** Gell. 7, 16, 10 *ego* scil. *Cresphontes cum meae* trad.: *cum meae⟨met⟩* Ribb. '*abigam*' **266** Serv. auct. Aen. 2. 62 (Erectheus, Ἐρεχθεὺς Εὐριπίδου) 1 *nos*: *vos* ll. 2 *vostra* ll. cf. Praxitheae verba Eurip. frg. 360, 14 s (N.²) τέκνα τοῦδ᾽ ἕκατι τίκτομεν, ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα **267** Gell. 7, 16, 9 Non. 290 audimus Praxitheam 1 *qui* Gell. intellege *patriae erumnam ea* Non.: *erumpna ea* Gell. vel potius *meá* (idem 2) 2 *quibus* i. *civibus libertate* Non. *para* Non. *meam miseriam* (-*a* pauci) Non. ll. '*amolior*' '*depello*' **268** Fest. 162 Paul. Fest. 163 *multi corde* Paul. Fest. **269** Cic. de orat. 1, 199 (Eumenides, Εὐμενίδες Αἰσχύλου) ex Apollinis oraculo (V.) 1 *expetant* Cic. 2 *suarum summarum* integri plerique *summarum* v. l. *ope mea* Reisig 3 *que* om integri paene omnes **270** Non. 475 V. contulit Orestis verba Aesch. Eum. 272 ss K. 1 *opino* scil. *Orestes optutum* v. l. **271** Non. 292 scil. *Orestes* **272** Non. 505 *aecum accius* trad.: *accius* om Ribb. scil. *Apollo* **273** Non. 306 *dico* scil. *Minerva oresten (-enn)* ll. *facessit* ll.: '*recedite*' **274** Cic.¹ Tusc. 1, 69 3 = Cic.² de orat. 3, 154 Non. 122 cf. Minerva ap. Aesch. Eum. 885 ss 2 *laetificare* Par.

ramí bacarum ubértate incurvéscere,
segetés largiri frúges, florere ómnia,
fontés scatere, herbis práta convestírier

**275** (156 s) quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui usurpát meum?
quid in cástris strepiti est?

**276** (158 s) Hectór vi summa armátos educít [[in]] foras
castrísque castra ultró iam ⟨con⟩ferre óccupat

**277** (161 ss) *a* o Pátricoles, ad vós adveniens aúxilium et vestrás manus
petó priusquam oppetó malam pestem mándatam hostilí manu,
neque sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere,
si quí sapientiá magis vestra mórs devitarí potest:
namque Aésculapi líberorum saúcii opplent pórticus:
non pótest accedi. —
cérte Eurypylus híc quidem est: hominem exércitum!
*b* qui álteri exitiúm parat,
eum scíre oportet síbi paratum péstem ut participét parem. —
elóquere eloquere, rés Argivum proélio ut se sústinet. —
non pótest ecfari tántum dictis quántum factis súppetit
labóris
*c* úbi fortuna Hectóris nostram acrem áciem inclinatám ⟨dedit⟩

**278** (173) quís ibi non est vúlneratus férro Brugio ⏑ –

**279** (175) Hectór qui haud cessat óbsidionem obdúcere

---

3 *baccarum*, *vacarum* v. l *ubertatem* Non. *incurviscere* Non.: *incurbescere*, *incurvascere* Cic.[2] v. l. **275** Non. 489 + 490 (Hectoris Lytra ad Homericam ut videntur Vahleno poesim conformata) 'Agamemnonis verba' V. **276** Non. 355, 15 1 *vi*: *ei* trad.: *vei* Lindsay 2 *Troiani inferre occupant* Ribb. **277** Cic.[1] Tusc. 2, 38 s *a* 5 cf. Cic.[2] orat. 155 colloquuntur Eurypylus et Patricoles *a* 6 *potis* Bothe *exercitum* i. '*vexatum*' *b* 2 *paratam* trad. *b* 4 *potis* Davis *ecfari* (vi passiva) Vat. m. pr.: *haec fari* rell. *c* suppl. Ribb. **278** Cic. Rosc. 90 cf. Schol. Gronov. p. 434 *phrygio* trad. (cf. Cic. orat. 160) **279** Fest. 198 cf. Hom. M 88

**280** (177) át ego, omnipoténs, te exposco ut hóc consilium Achívis auxilió fuat
**281** (180) saéviter fortúna ferro cérnunt de victória
**282** (181) aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine
**283** (182 s) écce autem calígo oborta est, ómnem prospectum ábstulit.
‿ ◡ ‿ ◡ dérepente cóntulit sese ín pedes
**284** (185) cónstitit credó Scamander, árbores ventó vacant
**285** (186) pér vos et vostrum ímperium et fidém, Myrmidonum vígiles, conmiseréscite
**286** (188 s) mélius est virtúte ius: nam saépe virtutém mali
nánciscuntur: iús atque aecum se á malis sperní procul
**287** (196) o mágna templa caélitum commíxta stellis spléndidis
**288** (197 s) miseréte, manus,
date férrum, qui me animá privem
**289** (199 ss) haéc tu etsi pervérse dices, fácile Achivos fléxeris:
nám cum opulentí loquuntur páriter atque ignóbiles,
éadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé valet
**290** (202) heú me miseram, intérii: pergunt lávere sanguen sánguine
**291** (203 s) senéx sum: utinam mortem óbpetam prius quam évenat
quod ín pauperie méa senex gravitér gemam
**292** (205) nimium boni est, cui nihil est mali

---

**280** Non. 111 *a ego* v. l. *consilium* scil. *Patroclum mittendi armis Achillei armatum* (V.) *auxilii* trad.: *auxili* Ribb. **281** Non. 511 *fortunam* Ribb. *ferri* Columna **282** Non. 504 *aes: et* trad. cf. Hom. Υ 494 **283** Non. 518 contulerunt Ribb. Hom. Π 790 ss, Vahlen Υ 441 ss 1 *aborta* ll. praeter unum 2 ⟨*constitit. tum*⟩ ci V. *pede* unus **284** Non. 467 *arboris, vagant* trad. **285** Non. 472 supplicat Priamus *ser vos* trad. **286** Non. 399 1 *eius* trad. 2 *atque cum* v. l. 2 fort. *sé a* **287** Varr. ling. 7, 6 (H e c u b a) 'Ex. 68 'Hecubae verba somnium narrantis' *caeli tum* cod. **288** Non. 474 exclamat Hecuba cf. Leo[2] 7 *manus: anuis* Scal. (cf. 'Ex. 165 s): *manu* Mueller (cf. 'Ex. 1105 s) **289** Gell. 11, 4, 3 'Ex. 293 ss '*Hecuba est ad Vlixen dicens*' Gell. 2 *nam o. quum* Porson: *namque o. c.* Scal. **290** Non. [1] 224. [2] 466. [3] 504 Hecubae verba *eu, eheu, eheu eheu* v. l. *miserum* v. l. *labere, lambere* Non.[1.3]: *lavare* Non.[2] v. l. *sanguinem sanguine, sanguen sanguinem, sanguinem* Non.[3] codd. **291** Non. [1] 494. [2] 507 'Ex. 497 s 1 *senex sum* scil. *Talthybius moriar mortem* et *eveniat* Non.[1] ll. 2 *pauperiem senex* Non.[1] Bamb. **292** Cic. fin. 2, 41 'Ex. 627 s intellege '*summum bonum*' V.

**293** (206) vide húnc meae in quem lácrumae guttatím cadunt<br>
**294** (207) quaé tibi in concubió verecunde ét modice morém gerit<br>
**295** (209) Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor<br>
**296** (210) amícus certus ín re incerta cérnitur<br>
**297** (213 s) procéde, gradum proférre pedum,<br>
nitére, cessas, o fíde<br>
**298** (215 ss) quid nóctis videtur? in áltisono<br>
caelí clipeo temó superat<br>
stellás sublime⟨n⟩ agéns etiam atque<br>
etiám noctis iter<br>
**299** (222 s) quís homo te exsuperávit usquam géntium impudéntia? —<br>
quis aútem malitiá te?<br>
**300** (224) Ménelaus me obiúrgat: id meis rébus regimen réstitat<br>
**301** (225 ss) égo proiector quód tu peccas, tú delinquis, ego árguor?<br>
pró malefactis Hélena redeat, vírgo pereat ínnocens?<br>
túa reconciliétur uxor, méa necetur fília [[mea]]?<br>
**302** (228 s) plebés in hoc regi ántistat locó: licet<br>
lacrumáre plebi, régi honeste nón licet<br>
**303** (234 ss) otió qui nescit útier<br>
plús negoti habét quam cum est negótium in negótio.

**293** Non. 116 Ἑκ. 760 *hinc meae inquam* trad. **294** Non. 342 (cf. verba Hecubae Ἑκ. 826 ss) scil. *Cassandra* **295** Non. 116 '*gratias ago*' **296** Cic. Lael. 64 Ἑκ. 1226 dicit Hecuba Polymestori **297** Fest. 249 + Schol. Veron. Verg. ecl. 5, 88 (Iphigenia) Ἰφ. ἐν Αὐλ. 1 ss Agamemnonis verba 1 s *pedum nitere.* Skutsch Mus. Rhen. 61 (1906) 610 sed cf. Vahlen Hermes 43 (1908) 519 s **298** Varr. ling. 7, 73 1 s = Varr. ling. 5, 19 cf. Fest. 339 Ἰφ. 6 ss 2 *superat ⟨temo . . .⟩* ut vid. Fest. 3 *sublime⟨n⟩* Buech.: *sublimis* interpretatur Leo[2] p. 8, qui inde a *stellas* ad *iter* trimetrum anapaesticum agnoscere sibi videtur *agitans* ci V. (cf. add. p. 305 et Hermes 43, 515 ss) **299** Cic. Tusc. 4, 77 Agamemno et Menelaus alter alterum interrogat 1 *usquam* dett. Bentley: *umquam* rell., defendit Skutsch p. 614 s 2 *quís autem málitia* Skutsch l. c. **300** Rhet. min. p. 41, 29 H. dicit Agamemno *restat* trad. **301** Rhet. min. p. 47, 18 H. cf. Atridarum iurgia Ἰφ. 317 ad 411 1 *delinquas* trad. 1 s *ego arguor pro malefactis*? edd. all. 3 *negetur* trad. **302** Hier. epist. 60, 14 Ἰφ. 446 ss *antestat* trad. **303** Gell. 19, 10, 12 ad militum chorum cf. Ἰφ. 804 ss et Leo[2] 15 s 1 *uti* trad.: em Skutsch Leo[2] 2 *cui est* Leo[2]

nám cui quod agat ínstitutumst ⟨ís⟩ in illo negótio
íd agit, ⟨id⟩ studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
ótioso in ótio ⟨homini⟩ ánimus nescit quíd velit.
hóc idem est: em néque domi nunc nós nec militiaé sumus:
ímus huc, hinc íllue, cum illuc véntum est, ire illúc lubet.
íncerte errat ánimus, praeter própter vitam vívitur

**304** (*242* ss) ástrologorum sígna in caelo quíd sit observátionis,
cúm capra aut nepa aút exoritur nómen aliquod béluarum.
quód est ante pedes némo spectat; caéli scrutantúr plagas

**305** (245) ⏑ Acheróntem obibo, ubi Mórtis thesauri óbiacent

**306** (246 ss) utinám ne in nemore Pélio secúribus
caesa áccedisset ábiegna ad terrám trabes,
neve índe navis ínchoandi exórdium
coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argivi ín ea delectí viri
vectí petebant péllem inauratam árietis
Colchís imperio régis Peliae pér dolum.
nam númquam era errans méa domo efferrét pedem
Medéa animo aegro amóre saevo saúcia

**307** (255 s) antíqua erilis fída custos córporis,
quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

---

3 ⟨*is*⟩ Leo[2] *in illis* et *negotium* v. l.: *non ullo negotio* Herm. V.: *nil nisi negotium*, *militi n.* alii 5 *initio* trad. ⟨*homini*⟩ Leo[2] 6 *nec: de* trad. 7 *illuc hinc* cod. Paris. *ire illinc* ll. praeter Par. *iubet* trad. 8 *vita* coni. edd. (cf. Skutsch p. 612 ss) **304** Cic. rep. 1, 30 *(ille de Iphigenia Achilles)* 3 = div. 2, 30 (cf. Don. Ter. Ad. 386 Sen. apocol. 8) egerunt de his versibus Vahlen Hermes 43, 520 s Leo[2] 8 s 1 *fit* V. 'ab *observationis* nomine verbali pendent *astrologorum signa*' V., contra *observantium* ci Leo[2] 2 cf. Cic. nat. 3, 40 **305** Fest. 201 cf. Leo[2] 21 *adibo*, *adiacent* cod. Vahleno expressa videntur ex Ἰφ. 1506 ss **306** Rhet. Her. 2, 34 1—8 = Prisc. GL III 423, 36 ss 1—4. 8 s = Cic. fat. 34 1.8 s = Cic. Cael. 18 1 s = Cic. inv. 1, 91 nat. deor. 3, 75 top. 61 Varr. ling. 7, 33 Schol. Stat. Theb. 5, 336 Prisc. GL II 320 Quint. inst. 5, 10, 84 Don. Ter. Phorm. 157 alii (M e d e a e x u l) Μήδ. 1 ss e variarum lectionum farragine tragoediae exordium, nutricis verba, sic restituerunt edd. inter quos praeclarissimi Marx Ribb. Vahl. **307** Non. [1]39. [2]292 Μήδ. 49 ss interrogat paedagogus 1 *edilis* Non.[2] 2 *sic te: sit* trad. *examinata* trad. *elimina (-at)* trad.

**308** (257 s) cupído cepit míseram nunc me próloqui
caelo átque terrae Médeai míserias
**309** (259 ss) quaé Corinthum arcem áltam habetis mátronae opulentae óptimates,
múlti suam rem béne gessere et públicam patriá procul,
múlti qui domi aétatem agerent própterea sunt ímprobati
**310** (262 s) – ◡ – nam tér sub armis málim vitam cérnere,
quám semel modo párere
**311** (264 s) si té secundo lúmine hic offéndero,
moriére
**312** (266 ss) *a* néquaquam istuc ístac ibit: mágna inest certátio.
nám ut ego illi súpplicarem tánta blandiloquéntia,
ni ób rem?
*b* quí volt esse quód volt, ita dat sé res, ut operám dabit.
ílle traversa ménte mi hodie trádidit repágula,
quíbus ego iram omném recludam atque ílli perniciém dabo,
míhi maerores, ílli luctum, exítium illi, exiliúm mihi
**313** (273) qui ípse sibi sapiéns prodesse nón quit, nequiquám sapit
**314** (276 s) quo núnc me vortam, quód iter incipiam íngredi?
domúm paternamne ánne ad Peliae fílias?
**315** (278) tú me amoris mágis quam honoris sérvavisti grátia
**316** (279) Médea, utinam ne úmquam Colchis cúpido corde pedem éxtulisses

---

1 *est infortunatus* ll. 2 *egestate* vulg. 3 *ut ut est* vel *nuda est* Ribb. *ut sit* Skutsch 4 *famem* v. l. *facilem* ll. optt. **50** Cic. Cato 25 1. 2 = Non. 247 1 *ut si* Non. ll. *nihil* ll. *viti* om Non. ll. **51** Non. 97 *potiere* Bothius: *potire*? Ribb. **52** Don. Ter. Andr. 804 *nequit (-is)* ll.: *non quis* Fabricius: *nequeas*, *nequitur* alii **53** Non. 484 *obsonio et* ll. **54** Non. 164 **55** Non. 220 *pauperi* ll.: *-erio* Spengel **56** Non. 114 cf. Gell. 11, 7, 6 (Polumeni cf. Πωλούμενοι Menandri?) *ad* ll. *flocces* Gell. ll. *neque floces n. florem* Vrbin. 307 '*faecem vini*' **57** Fest. 177 (Pugil cf. Πύκτης Timoclis et Timothei) cf. Paul. Fest. 176 1 *laudandum* cod.: *ludendum* Fruterius **58** Non. 280 (*Symbolum*) '*statuit*' **59** Non. 246

**60** (199 ss) *a* in amóre suave est súmmo summaque ínopia
paréntem habere avárum inlepidum, in líberos
diffícilem, qui te néc amet nec studeát tui.
aut tu íllum furto fállas aut per lítteras
avértas aliquod nómen aut per sérvolum
percútias pavidum, póstremo a parcó patre
quod súmas quanto díssipes líbéntius!
*b* quem néque quo pacto fállam nec quid inde aúferam,
nec quém dolum ad eum aut máchinam commóliar
scio quícquam: ita omnis méos dolos fallácias
praestrígias praestrínxit commoditás patris

**61** (210) serít
árborés, quae álterí saéculó prósiént

**62** (211 ss) *a* pró deum, populárium omnium, ómnium adulescéntium
clámo postulo óbsecro oro plóro atque inploró fidem!
*b* _ in civitáte fiunt fácinora capitália:
ab amíco amante argéntum accipere méretrix non volt _ ◡ _

**63** (215) ad réstim res redit. ímmo collus, nón res: nam ille argéntum habet

**64** (216) vide, Démea, hominis quíd fert morum símilitas

**65** (220) praesértim quae non péperit, lacte nón habet

**66** (228) Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus

**67** (230) núnc enim demum mi ánimus ardet, núnc meum cor cumulátur ira

**68** (231 ss) *a* o infélix, o sceléste!
*b* egóne quid dicam? égon quid velim? quae tu ómnia
tuis foédis factis fácis ut nequiquám velim

---

**60** Cic. nat. 3, 72 (Synephebi cf. Συνέφηβοι Menandri) 1 *in amore summo summaque inopia suave esse* Cic. *fructu* ll.: em Buech. 6 *timidum, stupidum, bardum* ci edd. 7 *dissipis* (*-as*) v. l. *b* 1 *ne quid inde, neque ut inde, neque unde* ll.: em Schoemann 2 *neque quem* unus l. 4 *praestigias* ll.: em Buech. **61** Cic. [1] Cato 24 [2] Tusc. 1, 31 2 *prosint* ll. praeter Cic.[1] cod. Par. m.[2] **62** Cic. nat. deor. 1, 13 *a* 1 semel *omnium* ll. *b* 1 *fiunt* Ribb.: *fieri* ll. *fieri i. c.* Orelli 2 *vult* ll. **63** Non. 200, 21 **64** Non. 177 (Syracusii cf. Συρακόσιος Alexidis?) *feret* ll.: *ferat*? **65** Non. 483, 4 (Titthe cf. Τιτθάς vel Τιτθήν Eubuli Alexidis Menandri) **66** Gell. 6, 7, 9 (Triumphus) **67** Cic. Cael. 37 cf. fin. 2, 14 (fabula incerta) **68** Cic. Cael. 37 *b* 1 *egone* trad. bis

*c* cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur inlecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? dide ac disice, per me licebit

*d* ◡ – si egebis, tíbi dolebit, míhi sat est,
qui aetátis quod relíquom est oblectém meae

**69** (243 s) ut me hódie ante omnes cómicos stultós senes
versáris atque inlússeris lautíssime

**70** (247) si cónfidentiam ádhibes, confide ómnia

**71** (249) tantúm rem dibaláre ut pro nilo hábuerit

**72** (251) quísquilias volántis, venti spólia memorant: í modo!

**73** (259 ss) ◡ – ◡ – ◡ déum qui non summúm putet,
aut stúltum aut rerum esse ínperitum exístumem:
cui ín manu sit, quem ésse dementém velit,
quem sápere, quem sanári, quem in morbum ínici
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
quem cóntra amari, quem éxpeti, quem arcéssier

**74** (265) homo hómini deus est, sí suum officiúm sciat

**75** (266) saépe est etiam súp palliolo sórdido sapiéntia

**76** (269) † advehuntur cum iligneá corona et chlámyde: di vostrám fidem!

**77** (270) pro di ínmortales! únde prorepsít truo?

## TRABEA COMICVS

**1** (1 ss *Ribb. com.*) léna delenita argento nútum observabít meum,
quíd velim, quid stúdeam. adveniens dígito inpellam iánuam:
fóres patebunt. de ínproviso Chrýsis ubi me aspéxerit,

---

*c* senariorum frustula *dissice* unus: *disce* plerique *d* 1 ⟨*olim*⟩ vel ⟨*posthac*⟩ Ribb. *sat est* om duo 2 *reliquom* quattuor syllabarum **69** Cic. Lael. 99 cf. Cato 36 1 *tu me* Halm 2 *illuseris* August.: *ut iusseris*, *iusseris* rell. **70** Isid. orig. 10, 40 **71** Varr. ling. 7, 103 *tantam* Scal. **72** Fest. 257 **73** Cic. Tusc. 4, 68 1 ⟨*ego verum Amorem*⟩ Bentley 1 s cf. Eurip. Augae frg. 269 N[2] Ἔρωτα δ᾽ ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, ἢ σκαιός ἐστιν ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν 2 *existumet* (-*at*) ll. ex Ciceronis ore: *existumo* Bentley 3 *cui* ll.: Ciceronis arbitratur CFW Mueller 4 *insanire* ll. plerique 5 versum excidisse vidit Bentley 6 *arcessiri* ll. praeter Bern. **74** Symm. epist. 9, 114 **75** Cic. Tusc. 3, 56 **76** Gell. 5, 6, 12 *advehitur* Bothius *iligna* Fleckeisen **77** Paul. Fest. 367 *unde hic* Aldina '*onocrotalus*'

**1** Cic. Tusc. 4, 67 (fabula incerta)

álacris obviám mihi veniet cómplexum exoptáns meum,
míhi se dedet: Fórtunam ipsam anteíbo fortunís meis
2 (6) égo voluptatem ánimi nimiam súmmum esse errorem árbitror

## ATILIVS comicvs

1 (1 *Ribb. com.*) suam quoíque sponsam, míhi meam: suum quoíque amorem, míhi meum

## AQVILIVS comicvs

1 (1 ss *Ribb. com.*) ut illúm di perdant, prímus qui horas répperit,
quique ádeo primus státuit hic solárium!
qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
nam ⟨unúm⟩ me puero vénter erat solárium
multo ómnium istorum óptimum et veríssimum:
ubivís monebat ésse, nisi quom níl erat.
nunc étiam quom est, non éstur, nisi solí lubet.
itaque ádeo iam oppletum óppidumst soláriis,
maiór pars populi ⟨iam⟩ áridi reptánt fame
2 (10) ubi prímum accensus clámarat merídiem

## LICINIVS IMBREX comicvs

1 (1 s *Ribb. com.*) nolo égo Neaeram té vocent, sed Nérienem,
cum quidém Mavorti es ín conubiúm data

## IVVENTIVS comicvs

1 (1 *Ribb. com.*) quód potes, sile céla occulta tége tace mussá mane

---

**2** Cic. epist. [1]9, 9 + Tusc. 4, 35 cf. fin. 2, 13 epist. [2]9, 21 *arbitratur* Cic.: *arbitror* Bentley: possis *autumo*

**1** Cic. Att. 14, 20, 3 (fabula incerta) *quoque* bis Med.: *cuique* edd.

**1** Gell. 3, 3, 5 cf. Amm. 23, 6, 77. 19, 8, 8 (Boeotia cf. Βοιωτία Antiphanis Theophili Menandri) parasitus loquitur 4 add. Hertz: ⟨*olim*⟩ Ritschl *puerulo* Bentley *veter* ll. opt. 6 *ubi iste* ll.: *ubivis* Ribb.: *ubi is te*, *ubi ubi*, *iuste*, *usque is* alii *esses* Leo *cum nihil* trad. 7 *quom* Bothius: *quod* ll. praeter Rott. qui *quid estur: est* ll. 8 *est oppidum* ll., quod servat Hosius *iam* deleto (cf. 11) 9 *populi pars*? *arida* Hertz ad Amm. **2** Varr. ling. 6, 89

**1** Gell. 13, 23, 16 (Neaera) 1 *neaerem (-re, -ra)* v. l. 2 *quandoquidem* Bothe: *quoniam quidem* Fleckeisen oder *quídem marti* ll. *est* v. l.

**1** Fest. 298 cf. Paul. Fest. 299 (Anagnorizomene)

**2** (*2* ss) gaúdia
sua si ómnes homines cónferant unum ín locum,
tamén mea exsuperét laetitia

## SEX. TVRPILIVS COMICVS

**1** (1 s *Ribb. com.*) Melésia intus césssat. credo hercle, hélluo tubúrcinatur
**2** (3) eum dérepente dúcere uxorem aúdio
**3** (8) nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut vulgó solent
**4** (9 s) ita ést: verum haut facile ést venire illi úbi sita est sapiéntia.
spíssum est iter: adipísci haut possem nísi cum magna míseria
**5** (14) ab ínitio ut res sít gesta enodá mihi
**6** (15 ss) timére occepi et ínterdum oscitárier:
inéptus quid mihi véllem ex insoléntia
nescíbam
**7** (21 s) antehác si flabat áquilo aut auster, ínopia
tum erát piscati
**8** (24) nec récte dici míhi quae iam dudum aúdio
**8a** (25) etiám me irrides, péssime ac sacérrime?
**9** (28) homo única est natúra ac singulária
**10** (29 s) vide mírum ingenium ac délenificam múlierem:
commórat hominem lácrimis
**11** (34) numquám nimis numero quémquam vidi fácere, quom facto ést opus

---

**2** Varr. ling. 6, 50 (f a b u l a i n c e r t a)
**1** Non. 179 (B o e t h u n t e s) *melexia (-ea)* trad. *cessas* v. l. **2** Non. 518 *u. au. d.* ll. pro baccheis habuit Lindsay **3** Non. 23 ‘*feminam ad lubidinem virorum indagatricem*’ **4** Non. 392 (C a n e p h o r u s cf. Κανηφόρος Anaxandridis et Menandri, cuius fragm. 253 K. ἀλογίστου τρόπου ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον) 1 s *aut* ll. 1 *illo* Lipsius Lindsay *si ita* ll. boni praeter B: *spissa* rell. 2 *adipisci* ll. *posse* ll.: *possis* Lipsius Lindsay **5** Non. 15 (D e m e t r i u s cf. Alexidis Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος) **6** Non. 322 1 *occepi et* Lips.: *occepi*, *occepit* ll. 2 *quod* et *insolentiam* v. l. 3 *nesciebam* trad. **7** Non. 488 1 *fluat* v. l. 2 *tum orat*, *tumeor at* plerique cf. Alex. frg. 46 K. πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἰχθῦς οὐκ ἂν ἦν οὐδενὶ φαγεῖν κτλ. **8** Fest. 162 Paul. Fest. 163 *que* Fest.: om Paul. **8** a Non. 397 *sed (set) iam* v. l. *irridens* ll. **9** Non. 491 cf. Alex. frg. 45 K. ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν τρόπον τιν᾽ ἐστί· κτλ. **10** Non. 278 1 *delenifica* ll. **11** Non. 352 ‘*cito*’ *quam* ll. *fato* boni

**12** (35 s) ⏑ – ⏑ – at étiam ineptus méus mihi est iratús pater,
quia sé talento argénti tetigi véteri exemplo amántium

**13** (37 ss) ergo édepol docta díco: quae muliér volet
sibí suum amicum esse índulgentem et diútinum,
modice átque parce eius sérviat cupídines

**14** (40) quia nón minus res hóminem quam scutús tegit

**15** (42) múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognovít sui

**16** (46 s) apértae surae, brácchia autem prócera horrorém mihi
ex córde exsuscitábant

**17** (50 ss) ST. quaeso édepol, quo ante lúcem te subitó rapis,
ere, cum úno puero? PH. néqueo esse intus, Stéphanio.
ST. quid ita? PH. út solent, me cúrae somno ségregant
forásque noctis éxcitant siléntio

**18** (56 s) quam légere te optimum ésset atque aequíssimum,
quacum aétas degenda ét vivendum essét tibi

**19** (66 s) écquis ést qui ínterrúmpít sermóném meum óbitú suó?

**20** (68) séd volo ut família nostra offícia fungatúr sua

**21** (72 ss) ducít me secum: póstquam ad aedem vénimus,
venerátur deos, intérea aspexit vírginem
instántem, in capite rículam indutam óstrinam

**22** (75 s) erus stúpidus adstat: íta eius aspectús repens
cor tórporavit hómini amore

**23** (77 s) rús ad illas cónmigrat:
habitámus hiemem tótam cum muliérculis

**24** (79) Rhodiénsist, sed istuc cónmigravit iám diu

**25** (81) hortátur hominem, quám primum proficísceret

---

**12** Non. 408 1 *mi* Ribb. 2 '*circumveni*' *amanti* ll. **13** Non. 342 (Demiurgus Δημιουργός Menandri) 2 *summa (-am) amicam* ll. **14** Non. 226 cf. Boeotiae Menandri frg. 90 K. πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλυμμ' ἐστὶν κακῶν **15** Non. 483 **16** Non. 236 **17** Prisc. GL III 425 (Epiclerus cf. Ἐπίκληρος Menandri frg. 164 K. ἆρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον. ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον) 2 '*Philoxenus*' ex. gr. 3 *a somno* ll **18** Non. 332 1 '*eligere*' *esse* ll. praeter unum 2 *vegenda et iubendum (vib-) esse t.* ll. **19** Non. 357 *ecquis* Bentley: *set quis* Ribb. '*adventu*' **20** Non. 497 *vola* v. l. **21** Non. [1]539 2 s = [2]549 (Hetaera) 3 *instantem* Non.[1]: *iniectam* Non.[2] *inlectam* Buech.: *ibi stantem* Ribb.: *intrantem* al. *in c. o. i. r.* Ribb. '*subrubens . . . sudarium*' **22** Non. 182 2 '*torpefecit*' **23** Non. 526 **24** Non. 127 *Rhodiensis est* ll. **25** Non. 470 *primum* ⟨*ut*⟩ Bothius

**26** (90 s) propter péccatum pausíllulum indigníssime
patriá protelatum ésse saevitiá patris
**27** (92 ss) habét potestatem. — úbi potestatém? — senis
pretió contendas, út redempto Phaédria
liceát redire antíquam in consuetúdinem
**28** (97) rémulis sensím celox ab óppido procésserat
**29** (100 s) quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet:
ille ínsolens autem út fastidit cárnifex!
**30** (102) víden tu Phrygis incéssum? quam est confídens! di istunc pérduint
**31** (104) ei périi! viden ut ósculatur cáriem? num illum illaéc pudet?
**32** (109 s) intércapedine ínterficior, désiderio dífferor:
tu míhi cupiditas, suávitudo et méi animi expectátio
**33** (112) véritus sum, ne amóris causa cum ílla limassít caput
**34** (113 s) míseram terrent me ómnia:
maris scópuli, sonitus, sólitudo, sánctitudo Apóllinis
**35** (115 ss) *a* ◡ – ◡ – ◡ – ◡ – ◡ sí quidem sit quisquám deus,
cui égo sim curae
*b* heu me ínfelicem! — sánusne es, qui témere lamentáre?
*c* te, Apóllo sancte, fér opem, teque, omnípotens Neptune, ínvoco,
vosque ádeo, venti!
*d* ◡ – ◡ – ◡ – ◡ – nam quíd ego te appellém, Venus?
**36** (125) utinám nunc apud ignem áliquem magnum adsídam! – ◡ – ◡ –
**37** (133 ss) abhinc triénnium
sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
lenó

---

**26** Non. 363 (Lemniae cf. Λημνίαι Antiphanis Diphili all., Λημνία Alexidis) 1 *pausillum* unus: probant edd. 2 '*exclusum*' **27** Non. 259 1 *habes* Ribb. '*ubi?*' — '*potestatem s.*' Lindsay 2 '*extorqueas*' *Phaedriae*? **28** Non. 533 aut *r.* | *s.*, veluti ⟨*tacitis*⟩ *r.* Kiessl. **29** Non. 322 (Leucadia, Λευκαδία Menandri) 2 *fastidia* ll. **30** Non. 262 *videntur (videtur) frigus* ll. **31** Non. 21 *peri* ll. *num hilum* Mueller **32** Non. 173 *tu: tu es* Ribb.: *tua* ll. **33** Non. 334 *limassit (-et)* v. l. **34** Non. 174 *apollonis* v. l. **35** Cic. Tusc. 4, 72 *c* 1 *te: et* boni *tequea* boni **36** Non. 522 ⟨*o*⟩ *utinam* Ribb. **37** Non. 397 (Lindia) 2 *sacerrumus* Bothe

**38** (136 ss) consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
nostrúm, prodesse nóbis ex senténtia
mercáturam
**39** (142 ss) profécto ut quisque mínimo contentús fuit
ita fórtunatam vítam vixit máxime,
ut phílosophi aiunt ísti, quibus quidvís sat est
**40** (145) compérce verbis vélitare: ad rém redi
**41** (146) me vís potiri: fác ego potiar quód volo
**42** (147) miseró mihi mitigábat sandalió caput
**43** (148) quin móneam, quin clamem ét querar tua vítia, quae te vílitant
**44** (150 s) ego ínterim in turbá foras
subdúxi cum hac me, néque sat numero míhi videbar cúrrere
**45** (158) quando équidem amorem intércapedine ípse lenivít dies
**46** (159) tamen óculis longa intércapedine ádpetunt cupide íntui
**47** (160 ss) quaéso omitte ac désere hanc
meretrícem, quae te sémel ut nacta est, sémper studuit pérdere
detégere despoliáre opplereque ádeo fama ac flágitis
**48** (163) ut ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis
**49** (164) núptias abiéci, amicos útor primorís viros
**50** (165) quare ésse dicat quísquam illum hominem aut quídquam facere humánitus
**51** (171 s) eho díc mihi, an oblita, óbsecro, es eius crébras mansiónes
ad amícam, sumpti lárgitatem?
**52** (173) dum égo conixi somno, hic sibi prospéxit vigilans vírginem
**53** (175 s) miserúm puto, si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali

---

**38** Non. 212 2 *processe* Gifanius **39** Prisc. GL III 425 (N a u t a) **40** Non. 3 *velitari* Iunius **41** Non. 482 *meam* Dziatzko *potior* ll. **42** Non. 343 **43** Non. 185 **44** Non. 352 cf. 399 *videbat* ll. **45** Non. 522 (P a e d i u m cf. Παιδίον Menandri Apollodori Posidippi) *et quidem* v. l. **46** Non. 470 *oculis* (i. nomin.) ll.: *oculi ex* Ribb. **47** Non. 305 1 *hac deserite* ll. praeter Vrbin. 2 *semel te* Acidalius *ut nacta: inacta (nacta)* ll. *ut* et *est* del Lindsay, ab *hanc* alterum orsus versum 3 *deterere* Bothe *flagitiis* ll. **48** Non. 40 **49** Non. 497 **50** Non. 514 *dicas (-a)* v. l. *humaniter* ll. praeter Ba **51** Non. 132 (P a r a t e r u s a) *eho: o* ll. **52** Prisc. GL II 478 **53** Non. 1 (P h i l o p a t e r cf. Φιλοπάτωρ Antiphanis et Posidippi)

**54** (180) certum ác deliberátum est me illis óbsequi
**55** (182 ss) ecce aútem, tuo more, út soles, vidére mi
aegre íd pati, quia hós dies conplúsculus
intércapedo súmpti faciundí fuit
**56** (192) útinam possim tíbi referre grátias, ut de mé meres!
**57** (194 s) simul círcumspectat: úbi praeter se néminem
videt ésse, tollit aúfert: ego clam cónsequor
**58** (196 s) me míseram! quid agam? intér vias epístula excidít mi:
infélix inter túniculam ac strófium conlocáram
**59** (199 s) nemo úmquam vidit ébrium ire intérdiu
neque túrbam facere néque fores exúrere
**60** (201 s) corónam mensam tálos vinum, haec huíus modi,
quibus rébus vita amántum invitarí solet
**61** (203) dat últro ac munerátur quod ab illo ábstulit
**62** (205) ⏑ nón est mediocrís res, neque vulgária
fallácia haec
**63** (207) áge age egredere, atque ístuc utinam pérpetuum itiner sít tibi!
**64** (211) hoc te óro, ut illius cónmiserescas míserae orbitúdinis
**65** (213) sóla res est quaé praesentes hómines absentés facit

## COMICI INCERTI

**1** (2 ss *Ribb. com.*) Athénis Megaram vésperi advenít Simo;
ubi advénit Megaram, insídias fecit vírgini;
insídias postquam fécit, vim in loco áttulit
**2** (5 ss) in véntre sapere dídicit ni mirúm Solon,
qui lége cavit, vítia uti transcénderent
auctóris poenae: núlla poena acérbior
excógitari pótuit uxorís malis

---

**54** Non. 282. 429 **55** Non. [1]484. [2]525 1 *mihi videre tuo more ut soles* Ribb. *mihi* ll. *uti* Non.[1] ll. 2 *id* om Non.[2] ll. *hoc* Non.[1] ll. **56** Non. 468 *possint* ll. *gratiam* Bothe **57** Non. 422 2 *tulit* v. l. **58** Non. 538 1 *vias* gen.? *intervias* Lindsay *mihi* ll. **59** Non. 524 (T h r a s y l e o n cf. Θρασυλέων Menandri?) 2 *fecere* L *uxurare* W[1] **60** Non. 321 1 *horonam* ll. *vinus in* ll. 2 *vitam amattum i. solem* ll. ‹*delectari*› **61** Non. 477 *munerat* ll. **62** Non. 488 *res* del Mueller *neque* ⟨*est*⟩ Ribb. ⟨*haec*⟩ *res* Studem. **63** Non. 482 *utinam istuc* ll., qua lectione servata aut exitus versus aut initium mutilum sit **64** Non. 146 *utilius* v. l. *miserai* Lindsay: *miserulae* Ribb. **65** Hier. epist. 42 (f a b u l a i n c e r t a) *h. a. pr.* ll. agitur de vicissitudine litterarum
**1** Rhet. Her. 1, 14 1 s *mecarum* mutili 2 *fecit insidias* Bamb. **2** Char. GL. I [1]275 s [2]285 1 *Venere* Ribb. *didicit sapere* Char.[1] 2 *ut vitia tr.* Char.[1]: om Char.[2] *vitia uti* Ribb. 3 *poena nulla* edd.

**3** (9 s) nam quíd modi factúrust risu dénique?
nisi píctor fieri vúlt, qui risu mórtuust
**4** (15) spondén tuam gnatam fílio uxorém meo?
**5** (23) parúnculis ad lítus ludit céleribus
**6** (35) éxilivit quási petulcus quídam, pedibus cónvibravit
**7** (43 s) modó pueros, modo ádulescentes ín cursu a tergo ínsequens
néc opinantis ádsecuta est
**8** (45) sentín senem esse táctum trigintá minis?
**9** (51 ss) si núnc redire pósset ad superós pater,
qui té tutamen fóre sperarat fámiliae
domuíque columen, nónne ⟨tibi⟩ sic díceret?
'cur té dedecoras, fámam cur macutás tuam?
cur rém dilapidas, quám miser extruxít labor?'
**10** (63) di ínmortales! quás ego pugnas, quántas strages édidi!
**11** (64) _ persuasit ánimo vinum, déus qui multo est máximus
**12** (66 s) clítellae bovi súnt inpositae: pláne! non est nóstrum onus
**13** (72) quíd clamare exórsa verbis párvam rem magnám facis?
**14** (76) onus ést honos qui sústinet rem públicam
**15** (77) non ést beatus, ésse se qui nón putat
**16** (83 s) benefícia in volgus cúm largiri instítueris,
perdénda sunt multa, út semel ponás bene
**17** (92) saépe qui miseréri potuit, mísericordiám rogat
**18** (95) odí puerulos praécoqui sapiéntia
**19** (96 ss) quid trístiorem vídeo te esse quam ántidhac,
Lampádio? numquid fámiliaris fílius
amát nec spes est aúxili argentária,
ideóque scapulae métuunt virgindémiam?

---

**3** Fest. 209 1 s *facturus* et *mortuus est* cod. scil. *Zeuxis* **4** Varr. ling. 6. 71 *sponde tuam agnatam* cod. **5** Isid. orig. 19, 1, 20 '*paro navigium piratarum usui aptum*' **6** Fest. 206 *exiluit* cod. **7** Cic. Tusc. 1, 94 1 *pueros modo* Fleckeisen 2 scil. *aetas* **8** Cic. de orat. 2, 257 *satin* Buech. **9** Char. GL I 284 s 2 *sperare* cod. 3 *nonne* ⟨*tibi*⟩ Ribb.: *n[. . .]* cod.: *nonne* ⟨*putas*⟩ alii 4 s *dedecores*, *macules*, *dilapides* cod. 4 *familiam* cod. 5 *quam* ed. pr.: *q[. . .]* cod. *miser* ll.: *meus* Kiessl. Buech. **10** Cic. Att. 1, 16, 1 *et quantas* ll. **11** Fest. 153 ⟨*ita*⟩ ci Ribb. **12** Cic. Att. 5, 15, 3 Amm. 16, 5, 9 cf. Quint. inst. 5, 11, 21 *plane* Amm.: *illane* Med. e. corr. **13** Cic. Cael. 36 *clamore* ll.: *clamorem* Ribb. **14** Varr. ling. 5, 73 **15** Sen. epist. 9, 21 Publilio Syro suo adscripsit Guil. Meyer p. 46 **16** Senef. benef. 1, 2 cf. Publil. Syr. sent. fals. 287 p. 130 W. **17** Sen. contr. 9, 27 p. 274 B. *rogitat misericordiam* Ribb. **18** Apul. apol. 85 cf. Publil. Syr. sent. fals. 265 p. 129 W. **19** Non. 187 1 *angit hac* ll. 2 *lampadionem quid familiares* trad. 3 *nec: haec* trad. *argentarii* ci Carrio 4 *virgarumdemiam* trad.

# L. ACCIVS

## SCENICA

**1** (1 *Ribb. trag.*) qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis délica

**2** (4 ss) tu pértinaciam ésse, Antiloche, hanc praédicas,
ego pérvicaciam áio et ea me utí volo:
nam pérvicacem díci me esse et víncere
perfácile patior, pértinacem níhil moror.
haec fórtis sequitur, íllam indocti póssident.
tu addís quod vitio est, démis quod laudí datur

**3** (15) íram infrenes, óbstes animis, réprimas confidéntiam

**4** (16) tua honéstitudo Dánaos decepít diu

**5** (17) égo me non peccásse plane osténdam aut poenas súfferam

**6** (19 ss) nolo équidem: sed tu huic, quém scis quali in té siet
fidélitate, ob fídam naturám viri
ignósce

**7** (22) heu!
cuiátis stirpem fúnditus fligí studet!

**8** (23) cui mánus materno sórdet sparsa sánguine

**9** (25 s) ◡ – ◡ – ◡ néque fera hominum péctora
fragéscunt, donec vím persensere ímperi

**10** (27 s) melius quám viri
cállent mulierés

**11** (32) deúm regnator nócte caeca caélum e conspectu ábstulit

**12** (36) cúr me miseram inrídet, magnis cómpotem et multís malis?

**13** (37) scíbam hanc mihi suprémam lucem et sérviti finém dari

**14** (41) mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ádprobas?

---

**1** Non. [1]98 [2]277 (Achilles) *aliae ex* Non.[1] **2** Non. 433 (Myrmidones) 2 *ai et a me* ll. *et hac.* Scal.: *ea* Lachm. 5. 6. 3. 4 Bothe 3 *dicis* ll. *meed et v.?* Ribb. *vincier* Mueller **3** Non. 262 *infrenis* ll. '*temeritatem*' **4** Non. 120 *decipit* ll. **5** Non. 396 **6** Non. 109 **7** Non. 110 (Aegisthus) **8** Non. 170 *cum* v. l. *sparso* ll. **9** Non. 111 2 *persenserim imperii* ll. cf. Aesch. Ag. 1601. 1619 s 1639 s **10** Non. 257 ᾿Αγαμ. 1605 2 '*sciunt*' **11** Serv. auct. Aen. 1, 88 (Clytaemestra) **12** Non. 521 *meae* v. l.: *mee* Acciana scriptura? Ribb. *magis* ll. **13** Non. 226 *servitutis* ll. **14** Non. 125 *matre meo iure* ll.: *matrem me ob* Bergk '*increpas*'

**15** (45 ss) sic
multi, ánimus quorum atróci vinctus málitia est,
compósita dicta e péctore evolvúnt suo,
quae cúm componas, dícta factis díscrepant

**16** (52) quód utinam me súis arquitenes télis mactassét dea!

**17** (67 s) quia néc vos nec ille inpúne inriderét meam
grandaévitatem

**18** (76) si túi veretur té progenitorís, cedo

**19** (86) sed quaénam haec est muliér funesta véste, tonsu lúgubri?

**20** (91) pértolerarem vítam cladesque éxanclarem inpétibilis

**21** (94) miserét lacrimarum lúctuum orbitúdinis

**22** (98 s) satin út quem cuique tríbuit fortuna órdinem,
numquam últa humilitas íngenium infirmát bonum?

**23** (103 s) nec queí te adiutem invénio: hortari púdet, non prodesse íd piget

**24** (109 s) múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
quíbus natura práva magis quam fórs aut fortuna óbfuit

**25** (112) quí neque terraest dátus, nec cineris caúsa umquam evasít vapos

**26** (114) alui éducavi: id fácite gratum ut sít seni

**27** (116) donéc tu auxilium, Pérse, tetulistí mihi

**28** (119 ss) ad populum intéllego
referúndum, quoniam horum aéquiter senténtiae
fuére

**29** (123) séd quis hic est, qui mátutinum cúrsum huc celerantér rapit?

**30** (124) namque húc id venio, ut méa ope opes Troiae íntegrem

**31** (125 s) qui aút illorum cópias
fúndam in campo, aut návis uram, aut cástra mactabo ín mare

---

**15** Non. 260 (Agamemnonidae) 1 del Vossius 2 *militia* v. l. **16** Non. 341 (Erigona) **17** Non. 116 (Alcmeo) *nos* v. l. **18** Non. 497 (Alphesiboea) **19** Non. 179 (Amphitruo) *funestat* ll. **20** Non. 292 '*perpeterer*' **21** Non. 146 **22** Prisc. GL III 424 (Persidae) 1 *quemcumque* Bothe **23** Non. 424 (Andromeda) *ne quiete* trad. *piget: pudet* trad. **24** Non. 425 1 *in quo* ll. *ausere (hau-)* ll. **25** Non. 487 *terrae est* ll. praeter unum **26** Non. 422 **27** Non. 178 *perseu* trad.: cf. Leo [2]21 **28** Non. 512 (Antenoridae) 2 *r. quorum aeq.* v. l. **29** Non. 513 *hunc* v. l. **30** Non. 127 *huc invenio* trad. **31** Non. 341 1 *copios* v. l.

**32** (127) ⟨deaé⟩ Minervae dónum armipotentí Danai abeuntés dicant

**33** (130) nós continuo férrum eripimus, mánibus manicas néximus

**34** (133 s) vel hic quí me aperte effrénata inpudéntia
praeséntem praesens díctis mertare ínstitit

**35** (135) quid agís? perturbas rem ómnem ac resupinás, soror

**36** (136 s) – ⏑ – quantó magis te istíus modi esse intéllego,
tánto, Antigona, mágis me par est tíbi consulere et párcere

**37** (140 s) heús, vigilés, properáte, expérgite
péctora tárda sopóre, exsúrgite!

**38** (142 s) – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – iam iam neque dí regunt
néque profecto déum summus rex hóminibus curát ⏑ –

**39** (147) quid est, cúr componere aúsis mihi te aut mé tibi?

**40** (148 s) – ⏑ – ⏑ nám tropaeum férre me a fortí viro
púlcrum est: si autem víncar, vinci á tali nullum ést probrum

**41** (152) huius mé dividia cógit plus quam est pár loqui

**42** (153) maiór erit luctus, cúm me damnatum aúdiet

**43** (156) virtúti sis par, díspar fortunís patris

**44** (157) hem, véreor plus quam fás est captivum híscere

**45** (159) nám non facile síne deum opera humána propria súnt bona

**46** (164) qui nóstra per vim pátria populavít bona

**47** (167 s) utinam únicam mi antístitam Arquitenéns suam
tutétur!

**48** (169 s) nihil crédo auguribus, qui aúris verbis dívitant
aliénas, suas ut aúro locupletént domos

---

**32** Serv. auct. Aen. 2, 17 (Deiphobus) *armipotentes* ll. **33** Prisc. GL II 469 Eutych. GL V 485 *arripimus* Eutych. v. l. *omnibus manibus* Eutych. codd. duo: *omnibus* Eutychi codd. rell. Prisc. **34** Non. 139 *a parte* ll. **35** Non. 165 (Antigona) '*pervertis*' *sorori* ll. **36** Macr. sat. 6, 2, 17 1 *isti modi* Ritschl **37** Non. 104 '*expergefacite*' **38** Macr. sat. 6, 1, 59 2 *omnibus* trad. cf. Ἀντιγ. 921 ss et Leo$^{2}$ 10 **39** Non. 257 (Armorum iudicium) *te ac me* Herm. **40** Macr. sat. 6, 1, 56 2 *vinci nullum est a t. pr.* Bergk *nullum* ⟨*mi*⟩ Ribb. **41** Non. 96 '*taedium*' **42** Non. 276 cf. Αἴας 462 **43** Macr. sat. 6, 1, 58 Αἴας 550 s **44** Non. 120 *captivam* Grote '*loqui*' **45** Non. 362 *non* om pars ll. an *propria humana*? Delrio '*perpetua*' **46** Non. 471 (Astyanax) *nostram* v. l. **47** Non. 487 1 *mihi* ll. **48** Non. 95 Gell. 14, 1, 34 1 *verris devitant* v. l. 2 *domus* Gell. optt.

**49** (174) ferúm feroci cóntundendum inpériost, saevum saéviter
**50** (175) ⟨te⟩ própter tot tantásque habemus vástitatis fúnerum
**51** (176) quorúm crudelitátem numquam ulla éxplet satias sánguinis
**52** (177 s) in celsis móntibus
pécua atque inter cólles pascunt Dánai in Phrygiae términis
**53** (179 ss) itera, in
quibus pártibus (namque audíre volo,
si est quem éxopto) et quo cáptus modo,
fortúnane an forté repertus
**54** (183 s) híc per matutínum lumen tárdo procedéns gradu
dérepente aspício ex nemore pávidum et properantem égredi
**55** (185 s) Tróia est testis: quaére ex aliis, qui íllius miseritúdine
nómen clarum in húmili saxo múltis memorant vócibus
**56** (187 s) abdúcite intro: nám mihi miseritúdine
commóvit animum excélsa aspecti dígnitas
**57** (190) véritus sum arbitrós, atque utinam mémet possim oblíscier!
**58** (195) átque ita de illis mérui, ut iure haec númquam miserarént mala
**59** (198 ss) iterúm Thyestes Átreum adtractatum ádvenit,
iterúm iam adgreditur me ét quietum exsúscitat:
maiór mihi moles, máius miscendúmst malum,
qui illíus acerbum cór contundam et cómprimam
**60** (203 s) óderint, dum métuant
**61** (205) qui nón sat habuit cóniugem inlexe ín stuprum

---

**49** Non. 511 *ferum* scil. *genus* *inperisit (imp-)* ll. **50** Non. 417 *te* om ll. *propter te* all. **51** Non. 172 *satias* Non. lemmate: *satietas* Non. ll. **52** Non. 159 *froegia et* ll. **53** Non. 425 3 *quam* v. l. 4 *repertur* trad. **54** Non. 518 1 *procedens* Usener: *properantem* ll.: *prorepens* Bothe Lindsay **55** Non. 136 1 *miseritudinem* ll. **56** Non. 485 2 '*aspectus*' **57** Non. 500 (Athamas) *arbitror* ll. *obliviscier* v. l. **58** Non. 470 **59** Cic.[1] de orat. 3, 219 (Atreus) 3 s = Cic.[2] Tusc. 4, 77 Cic.[3] deor. nat. 3, 68 Atrei verba 3 *est* om Cic.[2] 4 *cor* om Cic.[1] codd. boni **60** Sen. ira 1, 20, 4 ('*Sullano scias saeculo scriptam*') clem. 1, 12, 4. 2, 2, 2 Cic. off. 1, 97 Sest. 102 (Schol. Bob. ad l.) Phil. 1, 34 Suet. Calig. 30 dicit Atreus **61** Cic. nat. 3, 68

**62** (206 ss) ∪ – ∪ quod re in súmma summum esse árbitror
periclum, matres cónquinari régias,
contáminari stírpem ac miscerí genus
**63** (209 ss) addo húc quod mihi porténto caelestúm pater
prodígium misit, régni stabilimén mei,
agnum ínter pecudes aúrea clarúm coma,
quondám Thyestem clépere ausum esse e régia,
qua in re ádiutricem cóniugem cepít sibi
**64** (217 s) ne cúm tyranno quísquam epulandi grátia
accúmbat mensam aut eándem vescatúr dapem
**65** (223 ss) sed quíd tonitru turbída torvo
concússa repente aequóra caeli
sensímus sonere?
**66** (234) numquam ístam imminuam cúram infitiandó tibi
**67** ($234^1$) probae étsi in segetem súnt deteriorém datae
frugés, tamen ipsae suápte natura énitent
**68** (235 s) deinde ómnis stirpe cum íncluta Cadméide
vagánt matronae pércitatae – ∪ –
**69** (238) acrí crepantes ⟨sónitu cantabánt⟩ melos
**70** (239) ágite módicó gradú! fácite nísús levís!
**71** (240 ss) ó Dionýse patér ⟨pater⟩, óptime,
vítisatór, Semelá genite, eúhie
**72** (247 s) ∪ – nam neque sat fíngi neque dicí potest
pro mágnitate
**73** (254) formaé figurae nítiditatem, hospés, geris
**74** (257) deínde ab iugulo péctus glauco pámpino obnexae óbtegunt
**75** (267) meliús pigrasse quám propera⟨vi⟩sse ést nefas
**76** (269 s) fere exanclávimus
tyránni saevom ingénium atque execrábile

---

**62** Cic. nat. 3, 68 loquitur Atreus 1 *in re* v. l. 2 *conquinari* ad Mar. Victorin. GL VI 22: *coinquinari* ll. *regiam* v. l. 3 *st. admisceri* ll. **63** Cic. nat. 3, 68 1 *adde* Scriverius *caeleste* v. l. 4 *quendam, quem clam* sim. ll. plerique **64** Non. 415 **65** Non. 505 **66** Cic. Pis. 82 (dicitur a Thyeste Atreo) **67** Cic. Tusc. 2, 13 cf. Brevis expositio in Verg. georg. 1, 1 p. 199 H. **68** Non. 467 (Bacchae) Βάκχ. 35 ss 1 *Cadmide* trad. **69** Non. 213 Βάκχ. 1057 suppl. Leo$^2$ 19 **70** Non. 342 *facite: iacet et* ll. *iacite thyrsos* Scriverius Leo$^2$ 19 cf. Βάκχ. 1049 vel 1216 s **71** Macr. sat. 6, 5, 11 1 explevit Leo$^2$ 19, qui contulit Βάκχ. 412. 550. 582 2 *genitus* trad.: em Leo$^2$ *euhia* trad. **72** Non. 136 Βάκχ. 273 *nam quae sat* trad.: *neque sat* ed. princeps **73** Non. 143 cf. Βάκχ. 453 *regis* trad. **74** Cledon. GL V 40 cf. Βάκχ. 710 s *obnoxae obtexunt* Cledon. ll. **75** Non. 154 (Chrysippus) *deproperasse* Ribb. ne figura pereat **76** Non. 292 (Diomedes) 1 *ferre* Ribb. 2 *tyrannis eum* ll. *execrabilem* ll.

**77** (272) non génus virum ornat, géneri vir fortís loco
**78** (275 s) ita et flétu et tenebris óbstinatus spéciem amisi lúminis
conspíciendi insoléntia
**79** (278) multa ámittuntur tárditie et socórdia
**80** (281) simul aúrem attendo, ut quírem exaudire ámplius
**81** (282) benígne et pro benefício largi atque ámpliter
**82** (287) ita ínperitus stúpiditate erúmpit se, inpos cónsili
**83** (288) et nónne Argivos frémere bellum et vélle vim vulgúm videt?
**84** (289 ss) sed iam Ámphilochum huc vadére cerno, et
nobís datur bona pausá loquendi
tempúsque in castra revórti
**85** (296) sápimus animo, frúimur anima: síne animo anima est débilis
**86** (297) ápud abundantem ántiquam amnem et rápidas undas Ínachi
**87** (298) núnc pergam ut supplíciis placans caélitum aras éxpleam
**88** (303) viden út te inpietas stímulat nec moderát metus?
**89** (304) age age ámolire, amítte, cave vestem áttigas!
**90** (307) Pallás bicorpor ánguium spirás trahit
**91** (308) ut núnc, cum animatus íero, satis armátus sum
**92** (309) proin tu íd cui fiat, nón qui facias cómpara
**93** (310 s) ⟨at⟩ cóntra quantum obfúeris, si victús sies,
consídera, et quo révoces summam exérciti
**94** (312 s) quod sí procedit, néque te neque quemquam árbitror
tuae paéniturum laúdis, quam ut servés vide
**95** (314) probís probatus pótius quam multís forem
**96** (316) mórs amici súbigit, quod mi est sénium multo acérrimum
**97** (317) nec pérdoliscit flígi socios, mórte campos cóntegi?

---

**77** Non. 338 *forti* ll. '*decori*' **78** Non. 322 1 *ita effletu* ll.: *ita fletu* edd. 2 *conspicient insolentiam (-ia)* ll. **79** Non. 181 *mittuntur tarditia* ll. (*-e* Non. lemm.) **80** Non. 238 *attendi* Bothe **81** Non. [1] 470. [2] 511. *et: ei* Gulielm. '*largire*' *aque* Non.[1] **82** Non. 226 (Epigoni vel Erigona) *consilii (-lit)* ll. **83** Non. 230 (Epigoni Ἐπίγονοι Sophoclis) *et* del? Ribb. *vi* ll. *vides* Heinsius **84** Char. GL I 288 (de versu Saturnio) 1.2 = Non. 158 *Amfilocum* Non. **85** Non. 426 **86** Non. 192 **87** Non. 398 *pergamus* ll. praeter B e corr. **88** Non. 472 *vident ut* v. l. **89** Non. 75 **90** Prisc. GL II 236 (Eriphyla) **91** Non. 233 (Epinausimache) **92** Non. 256 vel *tú id* '*aestima*' **93** Non. 485 1 *obfuerit*? Ribb. **94** Non. 158 **95** Non. 519 *probatum* trad. *fore* ed. pr. **96** Non. 2 *mihi* ll. **97** Non. 110

**98** (318 s) ab clásse ad urbem téndunt, neque quisquám potest
fulgéntium armum armátus ardorem óbtui
**99** (321) ⏑ Mártes armis dúo congressos créderes
**100** (322 s) – Scamandriam úndam salso sánctam obtexi sánguine,
átque acervos álta in amni córpore explevi hóstico
**101** (325 s) primóres procerum próvocavit nómine,
si essét quis, qui armis sécum vellet cérnere
**102** (330) tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem
**103** (333 s) nunc pér terras vagus, éxtorris,
regno éxturbatus, marí ⏑ ⏑ –
**104** (335 s) super Óceani stagna álta patris
terrárum anfracta revísam
**105** (339 s) pro di ínmortales! spéciem humanam invísita,
tam egrégiam, indignam cláde et squalitúdine
**106** (343) – ⏑ tu autem quód quaero abs te enóda et qui sis éxplica
**107** (346) heú me miserum, cum haéc recordor, cum íllos reminiscór dies!
**108** (349) persuásit maeror ánxitudo errór dolor
**109** (350) disértim id unum incómmodis defít meis
**110** (357 ss) *a* – ⏑ – ⏑ quí rem publicam ánimo certo adiúverit,
státuerit, steterít cum Achivis – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
*b* ré dubia
haút dubitarit vítam offerre néc capiti pepércerit.
*c* súmmum amicum, súmmum in bello, súmmo ingenio praéditum
*d* o íngratifici Argívi, inmunes Grái, inmemores bénefici,
éxulare sínitis, sistis pélli, pulsum pátimini

---

**98** Non. 495 *armorum* ll. *animatus* Bothe **99** Char. GL I 126 *Mavortes* Ribb. Bergk conflavit cum 320 (e Char. l. l. p. 117) *incursio ita erat acris* **100** Non. 192 1 ⟨*nam*⟩ vel ⟨*sic*⟩ *umandriam* . . . *obtexus* ll. 2 *amni* Non.: *omni* ll. **101** Non. 261 1 *procertum revocarit nomina* trad. *nominans* Kiessling 2 *nisi* trad. *quisque a.* trad. **102** Non. [1]479. [2]307 *aut, ut* ll. *fatiscam* Non.[1] ll. *qui* Non.[2] ll. **103** Non. 14 (E u r y s a c e s) 2 ⟨*vectus*⟩, contra trochaeos agnovisse sibi visus est Lindsay **104** Non. 193 2 = Varr. ling. 7, 15 2 *revisum* Varr. cod. 103. 104 coniunxerunt Scal. Hermann. **105** Non. 225 1 s *inusitatam (-em)* ll. 2 *ciade et squaliisdine* ll. **106** Non. 15 *abs te* om L *qua* L **107** Non. 499 *eu* ll. *illo (-e)* ll. praeter unum **108** Non. 72 *aegror* Lachm. **109** Non. 509 **110** Cic. Sest. 120 cf. 123 Schol. Bob. 56. 57 *a* 1 *certo animo* ll. *b* 2 *aut, ut* ll. *viam* ll. *d* 1 *vero ingr.* v. l. *o immunes* Bobb.: *inanes* v. l.: *inmoenes* Ribb. 2 *sinite* ll.: i. *siniti*ˀ

**111** (366 s) tót tropaea tránsdes, summam glóriam evortí sines
tám desubito!
**112** (381) repríme parumper vím citatum quádrupedum
**113** (384) qui, nísi probrum, omnia ália indelicta aéstimant
**114** (385) sígna extemplo cánere ac tela ob moénia offerre
ímperat
**115** (386) custódem adsiduum Ióni adposuit vírgini
**116** (390¹ s) sublime ávolans
pinnáta cauda nóstrum adulat sánguinem
**117** (391 ss) tánta moles lábitur
fremibúnda ex alto ingénti sonitu et spíritu.
prae se úndas volvit, vértices vi súscitat:
ruít prolapsa, pélagus respargít reflat.
ita dum ínterruptum crédas nimbum vólvier,
dum quód sublime véntis expulsúm rapi
saxum aút procellis, vél globosos túrbines
exístere ictos úndis concursántibus:
nisi quás terrestris póntus strages cónciet,
aut fórte Triton fúscina everténs specus
suptér radices pénitus undante ín freto
molem éx profundo sáxeam ad caelum érigit
**117a** (403 ss) sicut † inciti atque álacres rostris pérfremunt
delphíni, item alia † múlta Silvaní melo
consímilem ad auris cántum et auditúm refert
**118** (407) égo me extollo in ábietem, alte ex túto pro-
spectum aúcupo
**119** (418) quí potis est reféllі quisquam, ubi núllust cau-
sandí locus?
**120** (419) princípio extispicum éx prodigiis cóngruens ars
te árguit.
**121** (421) perníci orbificor líberorum léto et tabificábili

---

**111** Non. 517 *transde* v. l. *evortis* ll. **112** Non. 495 **113** Fest. 229 (Hellenes) '*stuprum*' '*flagitium*' **114** Fest. 145 *offerri* ci Ribb. **115** Prisc. GL II 209 s (bis) Char. GL I 63 (Io) *minoi* Char. cod. *adpossuit* Char.: *instituit* semel Prisc. ll. plerique **116** Non. 17 (Prometheus) Cic. Tusc. 2, 23 1 *sublime: tui mei* Non. ll. *advolans* Cic. v. l.: *volans* Non. ll. **117** Cic. nat. 2, 89 (Medea) 10—12. 2—4 = Prisc. GL III 424 loquitur Pastor 2 *strepitu* Cic. *respergit* ll. praeter unum *profluit* Cic. 5 s *num* v. l. 6 *vertice* Bergk 7 *procellas* Bergk 10 *au forte* Cic. v. l. 11 *undanti infracto* Prisc. ll. plerique: *undantes veniant freto* Cic. 12 *at* v. l.: om Erl. *eruit* Cic. Prisc. ll.: *evomit*, *evehit* all. **117a** Cic. l. c. 117. 117a continuavit Buecheler 1 *inc tati* unus: *conciti* Buech.: *lascivi* Ribb. 2 *alia multa: illa mota* vel *muta* Buech.: *alto mulcta* Ribb.: *alta moles* CFW Mueller 3 *consimile* ll. **118** Non. 467 *altam* Bothe *prospectans* ll. **119** Non. 89 *repelli* ll. *nullus est* ll.: em Voss Ribb. **120** Non. 16 *extispicium (-itium)* ll. **121** Non. 179 *parneci (-ti)* ll.: *perneici* Lindsay

**122** (422 s) fors dóminatur,
neque víta ulli propria ín vita est
**123** (424) – quisnam mortális florem líberum invidít meum?
**124** (425) Oéneum aliquis cétte in conspectum, aút nos, ubi est, ducíte ad eum!
**125** (432) néque ratum est quod dícas, neque quae ágitas dicendi ést locus
**126** (433) credíti' me amici mórte inbuturúm manus?
**127** (434) parátus sum ubivis pétere pestem pérmiti
**128** (436) óbviam ensi it, quem ádvorsum aptus álter in promptu óccupat
**129** (437 s) cónstitit cognóvit sensit, cónlocat sese ín locum
célsum: hinc manibus rápere raudus sáxeum grande ét grave
**130** (444 s) gaúdent currunt célebrant, herbam cónferunt donánt, tenent,
pró se quisque cúm corona clárum conestát caput
**131** (446) cuíus exuvias ét coronam huic múneravit vírgini
**132** (447) rémanet gloria ápud me: exuvias dígnavi Atalantaé dare
**133** (450) heú! cor ira férvit caecum, améntia rapiór ferorque
**134** (455) quae vástitudo haec aút unde invasít mihi?
**135** (456) cave lássitudo póplitum ⟨tuum⟩ cursúm levet
**136** (458 s) quis erít, qui non me spérnens, inciláns probris,
sermóne indecorans túrpi fama dífferet?
**137** (460) érat istuc viríle, ferre advórsam fortunám facul
**138** (466) haut quísquam potis est tólerare acritúdinem
**139** (469) sátis iam dictum est, néque ego errantiae ánimi prave mórigerabor

---

**122** Non. 362 *illi, ut illi* v. l. an unus tantummodo versus? **123** Non. 500 Cic. Tusc. 3, 20 cf. Isid. diff. 610 (Melanippus) *quisnam* Cic. Isid.: *unde aut quis* Non.: *num (nam) quis non* Ribb. *mortalis* om Cic. Isid. *liberum* om Isid. *meam* Non. ll. **124** Non. 85 *aeneum* trad. **125** Fest. 274 *neque ⟨ea⟩* Voss **126** Non. 521 *credite* v. l. *mortem* trad. *manu* v. l. **127** Non. 219 *partem* ci Mue *permities* ll.: em Ribb. ex lemm. **128** Non. 234 *obvia mens idque* ll. '*adeptus*' **129** Fest. 265 1 *constituit* cod. 2 *roudus* cod.: '*saxum*' *grandem et gravem* cod. **130** Non. 317 (Meleager) 1 *conterunt* v. l. 2 *constat, conectat* ll.: *cohonestat* Bentley **131** Non. 499 **132** Non. 470 **133** Non. 503 *fervorque* ll. **134** Non. 184 *aut: animi* ci Ribb. **135** Non. 336 *poplit* ll.: *populitum* Lindsay **136** Non. 124 1 *qui rit* v. l.: *qui erit*? Ribb. '*increpans*' 2 *differret* trad. **137** Non. 111 *virile istuc* ll. *advorsam ferre*? Ribb. **138** Fest. 356 (Neoptolemus) *aut* cod. **139** Non. 204

**140** (470) atque ádeo valvas sónere sensi régias
**141** (476) úbi nihil contrá rationem aequam hábuit, adsensít silens
**142** (479 s) sed utrúm terraene mótus, sonitusne ínferum
pervásit auris ínter tonitra et túrbines?
**143** (481) vetér fatorum términus sic iússerat
**144** (488) án ego Vlixem oblíscar umquam aut quémquam praeponí velim?
**145** (489) iúbe nunc adtemptáre, iube nunc ánimo ruspari Phrygas!
**146** (490) cuncta éxpedibo: id módo ius iurandúm date
**147** (491) tún quod superest sócium mittis léto? an lucti paénitet?
**148** (492) íllos suapte indúxit virtus, tú laudem illorúm levas
**149** (502 s) ego ut éssem adfinis tíbi, non ut te extínguerem,
tuam pétii gnatam: número te expugnát timor
**150** (504 s) sáxum id facit angústitatem, et súb eo saxo exúberans
scátebra fluviae rádit rupem
**151** (507) atque hánc postremo sólis usurám cape!
**152** (508 ss) vos íte actutum atque ópere magno edícite
per úrbem, ut omnes, qui árcem Alpheumque áccolunt,
civés ominibus faústis augustam ádhibeant
favéntiam, ore obscéna dicti ségregent
**153** (515 s) nam mé ut credam éx tuo esse conceptúm satu,
tua árgumenta rédigunt animum et cónmovent
**154** (520 ss) inclúte, parva praedíte patria,
nomíne celebri claróque potens

---

**140** Non. 505 **141** Non. 469 *nil* Bothe *orationem* Passerat *et quam* ll. **142** Prisc. GL II 212 (T r o a d e s) 1 *terrae* ll.: *terrai* Mue **143** Prisc. GL II 264 (H e c u b a) **144** Non. 500 (N y c t e g r e s i a) cf. Hom. K 243 *Vlixen* ll. praeter unum *oblicar* L.[1]: *obliviscar* rell. **145** Non. 166 *nuve* bis ll.: probat Ribb. *anime* Ribb. '*scrutari*' **146** Non. 505 *cuncto* ll. **147** Non. 486 *tunc* ll. *mittes* Bothe **148** Non. 336 *illo* ll.: *vi illos* Lachmann *suate* ll. plerique *virtus: . . . levas*? Lindsay **149** Fest. 170 (O e n o m a u s) cf. Non. 352 2 *peti* ll. *gnata* ll. *expurgat timor* Fest. cod. *expurgasti* Non. **150** Non. 73 cf. Cic. epist. 9, 16, 4 **151** Non. 231 *postremam* Bergk **152** Non. [1]357 3 s = Non. [2]206 1 *actum* v. l. 2 *ut: et* v. l. *qui arcana asteumque* ll. 3 *omnibus* trad. *adhibent* Non.[1] ll. 4 *faventius* Non.[1] v. l. *more* Non.[2] ll. *dictu* unus Non.[1]: *dictis (-i, -a)* rell. *segreget (-ens)* v. l. **153** Non. 174 (P e l o p i d a e) 1 *heredam* ll. *tua* Buech.: *ut* trad.: *tot* Voss **154** Apul. Socr. 24 (P h i l o c t e t a) 1—4 = Mar. Victorin. GL VI 77 1. 2 = Caes. Bass. GL VI 267 Char. GL I 290 1 *prodite* cum Apul. Par. Ribb.

pectóre, Achivis classíbus ductor,
gravis Dárdaniis gentíbus ultor,
Laértiade!

**155/6** (525 ss) *a* ◡◡–◡◡– Lemnía praesto
litóra rara, et celsá Cabirum
delúbra tenes, mystéria quae
pristína castis concépta sacris
*b* Volcánia ⟨iam⟩ templá sub ipsis
collíbus, in quos delátus locos
dicítur alto ab lumíne caeli
*c* nemus éxpirante vapóre vides,
unde ígnis cluet mortálibus clam
divísus: eum dictús Prometheus
clepsísse dolo poenásque Iovi
fato éxpendisse suprémo

**157** (538) quem néque tueri cóntra nec adfarí queas

**158** (541) contra ést eundum caútim et captandúm mihi

**159** (549 ss) iaceo in tecto úmido,
quod éiulatu quéstu gemitu frémitibus
resonándo mutum flébilis vocés refert

**160** (552 s) cum e víperino mórsu venae víscerum
venéno inbutae taétros cruciatús cient

**161** (554) quis tu és mortalis, qui ín deserta et tésqua te adportés loca?

**162** (556) contémpla hanc sedem, in qua égo novem hiemes sáxo stratus pértuli

**163** (562 ss) heu! quí salsis fluctíbus mandet
me ex súblimo vertíce saxi?
iam iam ábsumor: confícit animam
vis vólneris, ulceris aéstus

---

3 *auctor* ll. **155/6** (1—10) Varr. ling. 7, 11 + (8—12) Cic. Tusc. 2, 23 *a* 3 *teues* cod.: *tues* Bergk 4 *castris* cod. continuavit iam G. Hermannus trag. inc. inc. frg. XXXVII e Cic. nat. deor. 1, 119 hausto: *nocturno aditu occulta coluntur silvestribus saepibus densa* *b* 1 *uolgana* cod. *en*⟩ *V. t.* Bergk *b* 3 *limine* edd. *c* 2 *ignes* Varr. cod. *cluet* Varr. Ald.: *clauet* Varr. cod.: *clucet*, *ducet*, *lucet* Cic. ll. *clam* om Varr. 3 *divisur* Varr. cod. *doctus* ll. praeter Brux. e corr. et Cratandr. 5 *furti* Bentley **157** Macr. sat. 6, 1, 55 *intueri* CFW Mueller *neque fari* Ribb. **158** Non. 512 *captando* v. l., quod defendit *et* deleto Bothius **159** Cic. [1] Tusc. 2, 33 2 s = [2] fin. 2, 94 1 *iacet* Cic.: scil. *Philocteta* *lecto* Cic. ll. 3 *multum* Cic.[1] ll. optt. **160** Cic. [1] fin. 2, 94 [2] Tusc. 2, 19 Non. 324 1 *cum* Cic.[2] Non.: *cui* Cic.[1] *ex* Non.: om Cic.[1] *bene* Non. ll. 2 *imbuta (est) etero.* sim. Non. ll. *ciens*, *sciens* Non. ll. 159. 160 continuat Herm. **161** Varr. ling. 7, 11 Fest. 356 *tesca* Varr. cod. *adportas* Fest. cod.: *appones* Varr. cod. **162** Non. 469 *navem* plerique *taxo* ll. praeter Ba **163** Cic. Tusc. 2, 19 (exclamat Philocteta) 2 *sublimi* v. l.

**164** (566 s) sub áxe posita ad stéllas septem, unde hórrifer
aquilónis stridor gélidas molitúr nives

**165** (568) ágite ac vulnus né succusset gréssus, caute ingrédimini

**166** (569 s) hac úbi curvo litóre latratu
undá sub undis labúnda sonit

**167** (571 ss) simul ét circum mergá sonantibus
excíta saxis saevá sonando
crepitú clangente cachínnat

**168** (576) aut saépe ex humili séde sublima évolat

**169** (577) neque úlla interea fínis curarúm datur

**170** (578) salsís cruorem gúttis lacrimarúm lavit

**171** (581 ss) Sol quí micantem cándido curru átque equis
flammám citatis férvido ardore éxplicas,
quianám tam adverso augúrio et inimico ómine
Thebís radiatum lúmen ostentúm tuum — ?

**172** (586) *a* vicíssitatemque ínperitandi trádidit
(590) *b* natús(que) uti tute scéptrum poteretúr patris
(maior . . .)

**173** (587 ss) ne eorum dívidiae et discórdiae
díssipent distúrbent tantas ét tam opimas cívium
dívitias

**174** (591) num páriter videor pátriis vesci praémiis?

**175** (592) égredere, exi, ecfér te elimina úrbe! – ◡ – ◡ –

**176** (594 s) incúsant ultro a fórtuna opibusque ómnibus
desértum, abiectum afflíctum, ex animo expéctorant

---

**164** Cic. Tusc. 1, 69 Schol. Veron. Verg. Aen. 8, 28 Non. 346 (inde ab *ubi h.*) 2 = Ps. Cens. frg. GL VI 612 1 *positum* Schol. Veron. *a. st. s.* om Schol. Veron. *ubi* Non. *horridus* Schol. Veron. 2 *aequisoni* Non. ll. **165** Non. 16 *ne: nec* ll.: *nei* Mue Lindsay **166** Non. 504 (Phinidae) *ac* ll. *latrans* Scal. **167** Non. 463 1 *merga* Lindsay: *megna (magna)* trad.: *stagna* Bentley 2 *saeva Celaeno* Bentley: *saevisona echo* Bergk: *suavisona echo* Ribb. 3 *clangentes cachinnant* trad. **168** Non. 489 *sublime volat*, *sublimia evolat* ll. **169** Non. 205 *curas* ll. **170** Non. 503 **171** Prisc. GL III 424 (Phoenissae) cf. Φοιν. prolog. 1 ss et Leo[2] 3 ss 1 s cf. Apul. Flor. 2, 10 p. 13 Kr., ubi *candentem* (vel *punicantem*) *fervido cursu* trad. 3 *omine* post *tuum* (v. 4) exhibent ll. plerique 4 *ostensti*, *ostentas (-dis)* edd. ⟨*est* | *qua luce primum Cadmus huc tetulit pedem*⟩? ex. gr. Leo[2] **172** Non. 185 cf. Φοιν. 66 s scil. *Oedipus* 586. 590 continuavit Leo[2] 5, qui ex. gr. supplet: ⟨*maior, minorem Thebas iussit linquere, post annum ut ipse fratris exciperet vices*⟩ **173** Non. 101 Leo[2] 5 s contulit Φοιν. 886 ss 1 *neorum* trad. *dividae* trad. 2 *d. et d.* ll. **174** Non. 416 *patris*, *praemis* ll. **175** Non. 292 Φοιν. 593 dicit Polynices **176** Non. 16 (Tiresiae verba) Φοιν. 874 s cf. Leo[2] 4 1 *incursant* Fruterius 2 scil. *sapientiam omnem* (Leo, qui contulit Enn. frg. 230 et Acc. trag. 301 R.)

**177** (596) áb dracontis stírpe armata exórtus genere antíquior

**178** (597 s) obít nunc vestra moénia, omnis saúcios
convísit, ut curéntur diligéntius

**179** (599 s) iussít proficisci exílium quovis géntium,
ne scélere tuo Thebáni vastescánt agri

**180** (608) nón vides quam túrbam, quantos bélli fluctus cóncites?

**181** (609 s) quantám Tyndareo gnáta et Menelaí domus
molem éxcitarit bélli pastorque Ílius

**182** (611 s) iam iám stupido Thessála somno
pectóra languentque senéntque

**183** (613 ss) ⏑ – ⏑ – ⏑ quem égo ubi aspexi pérmemorabilem íntui
vidérer, ni vestítus taeter, maéstitudo, vástitudo
praédicarent hóminem esse ⟨omni máctatum infortúnio⟩

**184** (617) nam étsi opertus squálitate est lúctuque horrificábili

**185** (618) profécto hauquaquam est órtus mediocrí satu

**186** (619 s) ⏑ – nam si a me régnum Fortuna átque opes
erípere quivit, át ⟨ea⟩ virtutém nequit

**187** (621 s) nam is démum miser est, cuíus nobilitas míserias nobílitat

**188** (623) proínde istaec tua aufér terricula atque ánimum iratum cónprime

**189** (624) pró certo arbitrábor sortis, óracla, adytus, aúgura?

**190** (625 s) qui néque cuiatis ésset, umquam pótuimus
multa érogitantes scíscere

**191** (628 s) nunc tu ín re crepera túa quid capias cónsili, vide

---

**177** Non. 426 cf. verba Tiresiae Φοιν. 942 ss *amata exoratus* ll. *genero* ci Lietzmann **178** Non. 398 *obit: ubi* trad. **179** Non. 185 Φοιν. 1590 ss 1 *iussit* scil. *Tiresias*, Creon pronuntiat **180** Non. 524 (Stasiastae vel Tropaeum Liberi) *quantos belli: quantos vel* ll.: *quosve* Mercier **181** Prisc. GL III 424 (Telephus) 2 *illius* ll. **182** Prisc. GL II 512 **183** Non. 136 1 *vir memorabilem* ll.: em Leo[2] 11 3 suppl. Leo[2] **184** Non. 226 *horrificali* ll. **185** Non. 174 *avimquamquam* L: *haudquaquam* rell. frg. 184 s continuavit Leo[2] 11 **186** Macr. sat. 6, 1, 57 Leo[2] 11 contulit Eur. frg. 1066 εἰ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασιν λελείμμεθα, ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει 2 ⟨*ea*⟩ Leo[2] *nec quiit, non quiit, noenu quit* edd. **187** Non. 352 *his* trad. **188** Non. 227 *ista haec* ll. **189** Non. 488 ἀδύτους an *aditus*? ‘*auguria*’ **190** Non. 426 2 *ergitantes isciscere* ll. **191** Non. 13 1 ‘*dubia*’ *consilii* ll.

**192** (636 ss) Tereús indomito móre atque animo bárbaro
conspéxit in eam, amóre vecors flámmeo,
depósitus facinus péssimum ex deméntia
confíngit

**193** (642) deúm Cadmogena nátum Semela adfáre et famulantér pete

**194** (646) ália hic sanctitúdo est, aliud nómen et numén Iovis

**195** (647 s) video égo te, mulier, móre multarum útier,
ut vím contendas túam ad maiestatém viri

**196** (651) múlti iniqui atque ínfideles régno, pauci bénivoli

**197** (655) videó sepulcra dúo duorum córporum

**198** (657 ss) quinám Tantalidarum ínternecióní modus
parétur? aut quaenam úmquam ob mortem Mýrtili
poenís luendis dábitur satias súpplici?

**199** (661 s) nám neque pretio néque amicitia néque vi impelli néque prece
quítus sum

**200** (667) ímmo enim vero córpus Priamo réddidi, Hectorem ábstuli

**201** (668) iam hanc úrbem ferro vástam faciet Péleus

**202** (682) repúdio eiecta ab Árgis iam dudum éxsulo

**203** (683 s) nullum ést ingenium tántum neque cor tám ferum,
quod nón labascat língua, mitiscát malo

---

**204** (1 *Ribb. praet.*) nihil néque pericli néque tumulti est, quód sciam

**205** (2) clamóre et gemitu témplum resonit caélitum

**206** (3 s) vim Gállicam obduc cóntra in aciem exércitum:
lué patrum hostili fúso sanguen sánguine

**207** (5 s) te sáncte venerans précibus, invicte, ínvoco,
porténta ut populo pátriae, verruncént bene

---

**192** Non. 279 (Tereus) 2 *ut eam* Mue: *hinc* Buech. *flammeos* ll. 3 ‘*desperatus*’ **193** Non. [1] 111. [2] 463 *catmo venatum* Non[1] ll.: *cadmo generatum* Non.[2] ll. *famularent perpetuere* Non.[2] ll. **194** Non. 173 bis *nomen* ll. **195** Non.[1] 259. [2] 519 1 *mora* Non.[2] v. l.: om Non.[1] plerique 2 *vim* Non.[2]: *cum* Non.[1] ll. *ad* om Non.[1] ll. *viris* Non.[1] ll. **196** Cic. off. 3, 84 (fabula incerta) *benivoli sunt* Bern. c: *boni sunt* rell.: *sunt boni* Lambinus **197** Cic. orat. 156 *dua* v. l. **198** Cic. nat. 3, 90 1 = Char. GL I 91 2 *paretur* Cic.: *sit* Char. **199** Diom. GL I 385 1 *neque* om pars ll. *impellit (in-)* v. l. **200** Cic. Tusc. 1, 105 verba Achilli **201** Fest. 372 Paul. Fest. 373 **202** Fest. 281 dicitne Io? **203** Non. 473 1 *non nullum* v. l. 2 *labescat* vel *labascatur* **204** Non. 484 (Aeneadae aut Decius) **205** Non. 504 **206** Non. 224 1 *acie* ll. 2 *lue* Buech.: *ue (uae)* ll. *patrium* Buech. *fusum* Ald. **207** Non. 185 1 *verans* v. l. 2 *verruncant* ll.: ‘*vertant*’

**208** (8) quód periti súmus in vita atque úsu callemús magis
**209** (9) fáteor: sed saepe ígnavavit fórtem in spe expectátio
**210** (14) quíbus rem summam et pátriam nostram quóndam adauctavít pater
**211** (15) pátrio exemplo et mé dicabo atque ánimam devoro hóstibus
**212** (17ss + 29ss) *a* quoniám quieti córpus nocturno ímpetu
dedí sopore plácans artus lánguidos:
visum ést in somnis pástorem ad me adpéllere
pecús lanigerum exímia pulchritúdine,
duos cónsanguineos árietes inde éligi
praeclárioremque álterum immoláre me.
deinde eíus germanum córnibus conítier,
in me árietare, eoque íctu me ad casúm dari:
exín prostratum térra, graviter saúcium,
resupínum in caelo cóntueri máximum
miríficum facinus: déxtrorsum orbem flámmeum
radiátum solis línquier cursú novo
*b* réx, quae in vita usúrpant homines, cógitant curánt vident,
quaéque agunt vigilántes agitantque, éa si cui in somno áccidunt,
mínus mirum est, sed dí rem tantam haut témere inproviso ófferunt.
proín vide, ne quém tu esse hebetem députes aeque ác pecus,
ís sapientiá munitum péctus egregié gerat
téque regno expéllat: nam id quod dé sole ostentum ést tibi,
pópulo commutátionem rérum portendít fore
pérproquinquam. haec béne verruncent pópulo! nam quod déxterum

---

**208** Non. 258 **209** Non. [1] 126 cf. [2] 123 *ignavit* Non.[2]: *ignabat* Non.[1]: em Buech. **210** Non. 75 *vestram* v. l. **211** Non. 98 '*devovero*' Buech.: '*absumo*', '*eripio*' Non. **212** Cic. div. 1, 44 (B r u t u s) *a* Tarquinii de somnio verba 3 *visus est*, *visust* ci edd. *pastor* ll. 5. 4 ll. 7 *cornicier* Heins. 9 *terga* v. l. 10 *maxime* Leid. B, non displicet *ac* addunt aut in fine v. 10 aut in initio v. 11 ll. *b* interpretatio somnii a coniectoribus facta 1 *res*, *reges* v. l.: *rerum* Heins. 2 *accidant* Vind. e corr. 3 *mirandum* ll., unde *sed* del Christ *di rem tantam: in re tanta* ll. *offerunt* om unus: *se o.* unus 4 *proinde* et *deputas* Heins. 5 *egregium* ll. 6 *que* om Heins. *id* om unus *ostensum* v. l. 8 *perpropinqua* vel *propinqua* ll. *ad dex-*

cépit cursum ab laéva signum praépotens, pulchérrume
aúguratum est rém Romanam públicam summám fore
**213** (39) ◡ – qui recte cónsulat, consúl ciat
**214** (40) Túllius, qui líbertatem cívibus stabilíverat
**215** (41) nocte íntempesta nóstram devenít domum

VARIA

**216** (1 *Baehr.*) Maia nemus retinens gravido concepit in alvo
**217** (2) calones famulique metallique caculaeque
**218** (3) maxima pars Graium Saturno et maxime Athenae
conficiunt sacra, quae Cronia esse iterantur ab illis.
cumque diem celebrant, per agros urbesque fere omnes
exercent epulis laeti famulosque procurant
quisque suos. nostrisque itidem est mos traditus illinc
iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem
**219** (4) fraxinus fissa ferox infensa infinditur ossis
**220** (8) num ergo aquila ita, ut hi praedicant, sciciderat pectus?
**221** (9) plácare ferócem hostem inimíciterque accénsum
**222** (10) sapientiaeque invictae gratia atque honoris patera
Nestorem mactavit aurea
**223** (11) ◡ fálsidica, audax, gnáti mater péssimi,
odíbilis, natura ímpos excors ét fera
**224** (12) ut, dum brevitatem velint consequi verborum,
aliter ac sit rellatum, redhostiant responsum
**225** (15) nam quam varia genera poematorum, Baebi, quam-
que longe distincta alia ab aliis nosce
**226** (16) vectigalia legerant vestra et servantur statim
**227** (26) ét eo plectuntúr poetae quám suo vitio saépius,
⟨aút⟩ ductabilitáte nimia véstra aut perperitúdine

---

*teram* ll. fort. recte 9 *coepit* v. l. *ad leva* Heins. **213** Varr. ling. 5, 80 **214** Cic. Sest. 123 **215** Varr. ling. 6, 7 *(dicit Lucretia)* 7, 72 **216** Prisc. GL II 163 Non. 193 (annali I) *mala* v. l. **217** Fest. 146 cf. Paul. Fest. 147 (annali XXVII) *metellique* vulgo **218** Macr. sat. 1, 7, 36 (in annalibus) 3 *eumque* trad. 4 *epulas* Baehr. 5 *nostrique itidem et* trad. **219** Prisc. GL II 254 *fusa* Baehr. **220** Gell. 6, 9, 16 Prisc. GL II 517 (in Sotadicorum libro I) *non* Gell. v. l. Prisc. *hi* om Prisc. **221** Non. 514 (Didascalicorum liber I) *placere* v. l. *h. f.* ll. **222** Non. 341 2 *pater honesto rem* trad. '*honoravit*' **223** Prisc. GL II 253 1 *falsifica* v. l. 2 *ignati (-oti)* v. l. 3 *ecfera* ci Lachm. **224** Non. 165 (Didascalicon liber II) 1 *v. br.* ll. 2 *aliter aliter* v. l. *relatum redhostire (-dost-) sponsum* ll. **225** Char. GL I 142 (Didascalicorum VIIII) *varia* ⟨*haec*⟩ et *aliis* ⟨*sint*⟩ Lachm. *baebus quam quae* Neap. **226** Char. GL I 220 *egerant* et *struantur* Lachm. **227** Non. 150 (Pragmatica) 2 ⟨*aut*⟩ *d.* Herm.: *d.* ⟨*animi*⟩ Onions

# TRAGICI INCERTI

**1** (2 *Ribb. trag.*) foedé stupreque cástigor cotídie
**2** (3) toppér fortunae cómmutantur hóminibus
**3** (17) omnís aequalis víncebat quinquértio
**4** (18 ss) o sáncte Apollo, qui úmbilicum cértum terrarum óptines,
únde superstitiósa primum saéva evasit vóx fera!
**5** (23 s) póstquam abs te, Agamemno, út ut venirem tétigit aures núntius,
éxtemplo institúta omisi ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ‒
‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ quae iússeras
édolavi
**5a** (26) iam dómuitionem réges Atridaé parant
**6** (28) quod nísi quieris, Ménelae, hac dextra óccides
**7** (30 s) nám sapiens virtúti honorem praémium, haud praedám petit.
sét quid video? férro saeptus póssidet sedís sacras
**8** (34) itís, paratis árma quam primúm, viri?
**9** (35) Dánai qui parént Atridis, quám primum arma súmite!
**10** (40 s) inplorát fidem
Iovis hóspitalis, Gráios omnis cónvocat
**11** (47 s) videó, video te: víve, Vlixes, dúm licet:
oculís postremum lúmen radiatúm rape!
**12** (49 ss) apérte fatur díctio, si intéllegas:
talí dari arma, quális qui gessít fuit,
iubét, potiri sí studeamus Pérgamum.

---

**1** Fest. 317 Paul. Fest. 316 (Nelei carmen) ‘*turpiter*’ **2** Fest. 352 Gloss. V 527 ‘*cito*’ **3** Fest. 257 (incerta incerti tragici fabula) πεντάθλῳ **4** Cic. div. 2, 115 1 = Varr. ling. 7, 17 1 *obsides* Cic. praeter Vrsin. 2 *fera* ll.: *foras* Gruter **5** Cic. Att. 13, 47 cf. Skutsch Mus. Rhen. 61 (1906) 617 ss 1 *posteaquam* Cic. *non ut v., . . . sed ut scriberem tet. a. n.* Cic. 2 *omisi, ea quae in manibus habebam, abieci, quod i.* Cic. **5a** Rhet. Her. 3, 34 (bis) *domi ultionem* bis ll. **6** Sen. epist. 80 **7** Cic. de orat. 3, 102 2 *et quid, ecquid* v. l. **8** Pomp. GL V 237. 291 Don. GL IV 394 **9** Pomp. et Don. ll. cc. Explan. in Don. GL IV 564 *atridi (-ae, -es)* v. l. *quod primum in* v. l. **10** Cic. ad Q. fr. 2, 10, 3 1 s *inploret* et *convocet* Cic. **11** Cic. ac. 2, 89 + de orat. 3, 162 1 *video te video, v.* Bothe *vivum* ac. ll. Aiax loquitur **12** Rhet. Her. 2, 42 et haec Aiacis verba Accii Armorum iudicio inseruerunt et fragmenta quae secuntur 13. 14, nisi quod frg. 13 Pacuvio ascribit Marx 1 *se* pars codd., unde *sei* Marx 2 s *talis fuit iubet tali dari arma qualis qui gessit fuit* duo e corr.: *t. d. a. q. ille q. g. talis fuit* unus: *tali (talis) fuit* mediis omissis rell. 3 *pergamo* pars codd.

quem ego mé profiteor ésse, mest aecúm frui
fratérnis armis míhique adiudicárier,
vel quód propinquus vél quod virtute aémulus

**13** (55 ss) cuius ípse princeps iúris iurandí fuit,
quod ómnes scitis, sólus neglexít fidem:
furere ádsimulare, né coiret, ínstitit.
quod ní Palamedi pérspicax prudéntia
istíus percepset málitiosam audáciam,
fidé sacratae iús perpetuo fálleret

**14** (61 ss) vidí te, Vlixes, sáxo sternentem Héctora,
vidí tegentem clípeo classem Dóricam:
ego túnc pudendam trépidus hortabár fugam

**15** (69) ferrón an fato moérus ˌArgivom óccidit?

**16** (73 ss) ádsum atque advenio Ácherunte víx via alta atque árdua,
pér speluncas sáxis structas ásperis pendéntibus
máxumis, ubi rígida constat crássa caligo ínferum

**17** (76 s) únde animae excitántur obscura úmbra opertae, imágines
mórtuorum, alto óstio Acherúntis, salso sánguine

**18** (78) úsque quaque sápere oportet: íd erit telum acérrimum

**19** (80 ss) quá tempestaté Paris Helenam innúptis iunxit núptiis,
égo tum gravida explétis iam fere ád pariendum ménsibus,
pér idem tempus Pólydorum Hecuba pártu postremó parit

**20** (83) et ego íbo ut latebras rúspans rimer máritimas

**21** (88 s) _ inter se strépere aperteque ártem obterere extíspicum:
sólvere imperát secundo rúmore adversáque avi

---

4 *quam* et *quae* v. l. *me* om pars codd.: *mea* unus *mest: mea est* plerique 5 *armis* om mutili 6 *quia* duo bis, priore loco unus *virtutis* v. l. *remulus* v. l. *emulus sum* v. l. **13** Cic. off. 3, 98 Aiacis verba 1 *cui* v. l. 3 *assimulavit* v. l. 4 *Palamedis* v. l. 5 *astutiam* v. l. 6 *ei de* v. l. *sacrata (-um)* plerique **14** Char. GL I 284 derisu quodam dicta sunt ab Aiace 3 *trepidus pedib* cod. **15** Quint. inst. 8, 6, 10 ex Accii Philocteta? cf. Neoptolemi de Achille dictum Soph. Phil. 334 *ferro an* vel *ferro non* trad. **16** Cic. Tusc. 1, 37 3 = Non. 272 **17** Cic. l. c. cf. Leo[2] 21 1 s *imagines mortuorum* post *sanguine* exhibent ll.: em Leo[2] 2 *alto ostio* Leo: *ostio alto (-e)* ll. **18** Cic. epist. 7, 16 **19** Cic. de orat. 3, 219 cf. or. 164 (Pacuvi Iliona?) 1 *qua in* vel *quam* v. l. *Helenam P.* edd. bene *nuptias* plerique 2 *fere: fui* Bothe **20** Fest. 265 (Pacuvi Iliona?) '*crebro quaerens*' *rimeram aptimas* cod. **21** Cic. div. 1, 29 (Pacuvi Teucer?) 1 possis ⟨*ille*⟩ *inter* vel *se*⟨*se*⟩ 2 scil. *Agamemno*

**22** (93 s) hícine est ille Télamo, modo quem glória ad caelum éxtulit,
quem áspectabant, cuíus ob os Grai óra obvertebánt sua?
**23** (97 s) quís meum nóminans nómen ⟨aede⟩ éxciet?
quís tumultu ínvocans íncolarúm fidem — ?
**24** (101 ss) Iove ⟨pátre⟩ prógnatus ést, ut perhibent, Tántalus,
ex Tántalo ortus Pélops, ex Pelope autém satus
Atreús, qui nostrum pórro propagát genus
**25** (104 ss) en ímpero Argis, scéptra mihi liquít Pelops,
qua pónto ab Helles átque ab Ionió mari
urgétur Isthmus
**26** (112) proinde íta parent se in víta, ut vinci nésciant
**27** (113) quándo quidem is se círcumvestit díctis, saepit sédulo
**28** (125 s) érras erras: nam ét violentem te ét praefidentém tibi
répriment validae légum habenae atque ímperi insistént iugo
**29** (131) vírginem me quóndam invitam pér vim violat Iúppiter
**30** (159) pereánt amici, dum ínimici una intércidant!
**31** (160) quám magis aerumna úrget, tam magis ád male faciendúm viget
**32** (162) míseri sunt qui uxóres ducunt. — át tu duxisti álteram
**33** (165 ss) posquám pater
ádpropinquat iámque paene ut cómprehendatúr parat

---

**22** Cic. [1] Tusc. 3, 39 2 = [2] epist. 9, 26 (Acci Eurysaces?) 1 *haecine* plerique 2 *grai lora* Cic. [2] plerique **23** GL VI 614 (Pacuvi Niptra?) 1 ⟨*me aede*⟩? 2 *tumultum* trad. **24** Quint. inst. 9, 3, 57 Diom. GL I 448 (Naevi Iphigenia?) cf. Ἰφιγ. ἐν T. 1 ss 1 *propagatus* Quint. ll.: *propugnatus* Diom. ll. ⟨*patre*⟩ *gnatus* Buech. 2 *autem* om Diom. ll. 3 *porro* om Diom. plerique *paravit* v. l. **25** Sen. epist. 80 1 = Quint. inst. 9, 4, 140 (novae tragoediae vindicavit B. Schmidt) 1 *scripta* Quint. unus: *regna* Sen. **26** Cic. Tusc. 5, 52 Atrei (in Acci Atreo?) praeceptum **27** Cic. de orat. 3, 158 *iste c.* v. l. *saepe* v. l. *se dolo* ci Osann Buech. **28** Cic. de orat. 3, 166 cf. Iul. Vict. rhet. p. 432 (Acci Clytaemestra?) cf. Aesch. Ag. 1610 Sen. Ag. 964 1 *erras nam* v. l. *vidente (te) et praefidente (praes-)* trad.: em Buech. *nam exultantem* Ribb. **29** Cic. fam. 9, 22 (Pacuvi Antiopa?) **30** Cic. Deiot. 25 Aug. c. Faust. 16 cf. Trag. adesp. frg. 362 N. [2] ἐρρέτω φίλος σὺν ἔχθρῳ **31** Quint. inst. 9, 3, 15 **32** Rhet. Her. 2, 39 *qui qui* v. l. **33** Cic. nat. deor. 3, 67 (Acci Medea?) 1 *postquam* v. l.

púerum interea optrúncat membraque árticulatim dívidit,
pérque agros passím dispergit córpus: id ea grátia
út, dum nati díssupatos ártus captarét parens,
ípsa interea effúgeret, illum ut maéror tardarét sequi,
síbi salutem ut fámiliari páreret paricídio

**34** (182) axéna Ponti per fréta Colchos deníque delatus adhaési

**35** (203) mors mísera non est, áditus ad mortem ést miser

**36** (206 ss) nihil hórum similest ápud Lacaenas vírgines,
quibus mágis palaestra Euróta sol pulvís labor
milítia studio est quám fertilitas bárbara

**37** (210) vós enim iuvenes ánimum geritis múliebrem, illa virgó viri

**38** (215 s) sed iám se caelo cédens Aurora óbstinet
suúm patrem

**39** (240) struúnt sorores Átticae dirúm nefas

**40** (241) diví potentes, férte lassatís opem!

## TITINIVS TOGATVS

**1** (14) ita sémitatim fúgi atque effugí patrem

**2** (15 s) ego mé mandatam méo viro male árbitror,
qui rém disperdit ét meam dotém comest

**3** (18 s) víderam égo virginém te
formónsam esse, spónso supérbam esse, fórma
ferócem

**4** (21) ‿ ⏑ ‿ ⏑ spécta formam átque os contemplá meum

**5** (22 s) da pénsam lanam: quí non reddet témperi
putátam recte, fácito ut multetúr malo

**6** (24 s) quaé inter decem annós nequisti únam togam detéxere

**7** (26) ni nós texamus, níhil siet, fullónes, vobis quaésti

---

5 *dissipatos (disput-)* trad. *aptaret* ci Kiessling: *artaret* Ribb. **34** GL VI 614 **35** Quint. inst. 8, 5, 6 Lact. inst. 3, 17 **36** Cic. Tusc. 2, 36 (Acci Meleager?) 3 *in studio* plerique *facilitas* duo **37** Cic. off. 1, 61 (Acci Meleager?) *etenim* v. l. **38** Fest. 197 1 s octonarium explent iambicum **39** Mar. Victorin. GL VI 149 (e Terei fabula) scil. *Pierides durum* v. l. **40** Mar. Victorin. GL VI 79 Schol. Hor. epod. praef. *vix satis* i. *vexatis* Schol.

**1** Char. GL I 218 (Caecus) **2** Non. 81 (Fullones vel Fullonia) **3** Non. 305 1 *te virginem* ll. **4** Non. 470 *aspecta* v. l. *formam* ⟨*meam*⟩ Herm.: *contempla*⟨*to*⟩ Bothe Ribb. **5** Non. 369 1 *tempori* ll. 2 *facite* ll. *miletur* v. l. *mulcetur* coni v. d. **6** Non. 406 *nequivisti* v. l. **7** Non. 483 *nihil est* ll.: *est nihil* Bothe: *n. erit* Mue

**8** (27) nec nóctu nec diú licet fullónibus quiéscant
**9** (30 s) sí quisquam hodie praéter hanc postícum nostrum pépulerit,
pátibulo hoc ei cáput diffringam
**10** (32 s) perii hércle vero! Tíberi, nunc tecum óbsecro,
ut míhi subvenias, né ego maialís fuam
**11** (36) evérrite aedis, ábstergete aráneas
**12** (39 s) postquam factus maritus hac domo
abhorres, tuam etiam uxorem paucies video
**13** (43 s) sí rus cum scortó constituit íre, clavis ílico
abstrúdi iubeo, rústicae togái ne sit cópia
**14** (45 s) párasitos amóvi, lenonem aédibus abstérrui,
désuevi, ne quo ád cenam iret éxtra consiliúm meum
**15** (49) nímium te patrócinari cénseo benígniter
**16** (51 ss) át aliquis vestrórum nuntiét Geminae, ut res súas procuret,
aédibus facéssat
**17** (54) longús sermo habétur, revórtetur spíssa
**18** (55) múlier credo advórsum illum res súas conqueritur ⏑ ⏑ –
**19** (62) numquámne mihi licébit hodie dícere?
**20** (63 s) nunc ádeo visam: rém magnam aibat vélle se mecúm loqui,
et cómmode eccum exít
**21** (65 s) nam quíd ego feci te ádvorsum aut patrém meum,
quem paúperetis ámbo vestris súmptibus?
**22** (67 s) · severiter
hodié sermonem amíca mecum cóntulit
**23** (70 ss) verum énim dotibus delíniti ultro etiam úxoribus ancíllantur
**24** (78) dáte illi biber, irácunda haec est

---

**8** Non. 98 '*die*' an ⟨⏑⟩ *néc* eqs.? **9** Non. [1]366 1 = [2]217 1 *quis* Non.[2] ll. *et hodie* Non.[1] ll. plerique *has* Non.[2]: *hac* CFW Mueller 2 *defringam* ll.: *effr.* Mue **10** Non. 111 2 *ne: ut* v. l. *fuam: quam* vel om alii **11** Non. [1]192 [2]420 (Gemina) *abstergite* Non.[2] **12** Non. 157 cf. Paul. Fest. 220 1 *hanc* ll. 2 *pauciens* Non. Paul. in lemmate *videbo* Paul. Fest. **13** Non. 406 1 *situs* v. l. *constitūit* Solmsen: *constituerit* Herm. 2 *togae* ll. **14** Non. 96 1 *aedibus his t.* ci Lindsay 2 *ne* om nonnulli *quod ad* v. l. **15** Non. 510 cf. Prisc. GL III 70 **16** Non. 306 1 *ad* ll.: *ab* v. l. *v. a.* Ribb. *reosuas* trad. 2 '*recedat*' **17** Non. 392 **18** Non. 232 **19** Schol. Veron. Verg. Aen. 2, 670 (Iurisperita) **20** Char. GL I 196 *aiebat*, *sese* ll. **21** Non. 157 (Privigna) 1 *feci et* vel *fecit et* ll.: *feci ted* Roth Ribb. *m. p.* ll.: *tuum p.*? Ribb.: *patruom m.* Buech. **22** Prisc. GL III 70 Non. 510 (Prilia) 2 *amita* Non. v. l. **23** Non. [1]72 [2]278 *deleniti*, *delinito* v. l.: '*mente alienati*' '*serviunt*' **24** Char. GL I 124 'τὸ πιεῖν'

**25** (81 s) tibín comoediám, quae sciam, non délicem?
**26** (83) tubúrcinari síne me vultis réliquias
**27** (85) Feréntinatis pópulus res Graecás studet
**28** (86 s) manus
lávite, mulierés, et capita vélate! _ ᴗ _ ᴗ _
**29** (102) quíd istuc est aut quíd istic sibi vult sérmo?
mater, délica
**30** (103) nunc, hóc uror, núnc haec res mé facit festínem
**31** (104) qui Óbsce et Volsce fábulantur: nám Latine né-
sciunt
**32** (105) ipsús quidem hercle dúcere sané nevult
**33** (106) accéde ad sponsum audácter, virgo núlla est tale
Sétiae
**34** (107 s) metuo hércle, Caeso, né nimis stulte fécerim,
qui ex tánta factióne atque opibus ádgredi
eam sum aúsus
**35** (109 s) Paúla mea, amabó, pol ad laudem áddito 'prae-
físcini'!
**36** (112 s) quasi hérmaphroditus fímbriatum fróntem gestas
féminae
**37** (119) etsí tacebit, támen gaudebit síbi promitti óre⟨as⟩
**38** (120 s) vidístin Tiberim? — vídi: qui illam dérivet, beá-
verit
agrúm Setinum
**39** (126) de aédi summa, quo ávolavit gállus gallináceus
**40** (127 s) sapiéntia gubernátor navem tórquet, non valéntia:
cocus mágnum ahenum, quándo fervit, paúla con-
futát trua
**41** (138 s) túnica et togula obúnctula
adimétur, pannos póssidebit fétidos

---

**25** Non. 277 *tibi nego mediam* v. l.: *tibin ego medelam* Buech. *que, quem, quam* trad.: *quom* Ribb. '*explanem*' **26** Non. 179 '*raptim manducare*' **27** Prisc. GL II [1] 129. [2] 338 (Psaltria) *graeca* v. l. **28** Non. 504 *manus lávite* Ribb. *capite* plerique **29** Non. [1] 98. [2] 277 (Quintus) alterum *quid* om Non.[1] ll. *vulsi* v. l. Non.[2] **30** Non. 482 vix trochaeos vel baccheos audiveris **31** Fest. 189 Paul. Fest. 188 **32** Non. 144 (Setina) *ducere* ⟨*eam*⟩ vel ⟨*hanc*⟩ edd. **33** Non. 227 *audaciter* ll. *vergo* v. l. *talis etiae* vel *etiam est* trad. *tale est* Mue **34** Non. 304 2 s *eam svm ausus adgredi* trad.: em Onions **35** Char. GL I 212 *tu⟨am⟩* Ribb. iambos subaudiens **36** Non. 204 *feminino* trad.: em Lindsay **37** Fest. 182 (*oreae* '*freni*') *sibi* ⟨*iam*⟩ Ribb. **38** Serv. Aen. 11, 457 **39** Char. GL I 216 **40** Non. [1] 503 [2] 19 1 = Non. [3] 186 2 = [4] 87. [5] 249 1 *gub.* — *val.* om Non.[2] ll. 2 *magnus* Non.[4] ll. Non.[2] v. l. *nahenum* Non.[4] ll.: *etnum* Non.[5] v. l. *aula* Non.[1] ll.: *paulo* Non.[2] ll. *tria* Non.[4] v. l.: *rua* Non.[5] v. l. '*trulla*' **41** Non. 536 (Veliterna) 1 *cogula obuntula* ll.

**42** (144) atque íllud ante pártum comedet, fúndi stabunt séntibus
**43** (145 s) ergo óccupa forás exire, fóris ut praesit línteum
**44** (151) id ego aúcupavi, plénas auris ádfero
**45** (154) hódie hostis fugávit, spolia plácide posteriús leget
**46** (171) féminina fábulare súccrotilla vócula
**47** (175) – hominem improbúm! nunc ruri pérgraecatur – ◡ –
**48** (176 s) rus détrudetur pédicosus squálidus
**49** (178) quid habés nisi unam arcám sine clavi?
eo cóndis sucerdas
**50** (179 s) Lúcius domum sé capessit
**51** (181 s) haec quídem quasi Osculána pugna est, [haud] secus,
quia quí fugere pólsi hinc spolia cólligunt

## T. QVINCTIVS ATTA TOGATVS

**1** (7 *Ribb. com.*) nihílne te populí veretur, quí vociferere ín via?
**2** (8 s) – ◡ – (◡) cum primo luci hódie ut exornáta sit,
átque ut auspicétis: cras est cómmunis dies – ◡
**3** (18) annúm novum voluérunt esse prímum mensem Mártium

## L. AFRANIVS TOGATVS

**1** (5 *Ribb. com.*) simul límen intrabo, ílli extrabunt ílico
**2** (7) 'haut fácul', ut ait Pacúvius, femina ⟨úna⟩ invenietúr bona
**3** (8 s) modo póstquam adripuit rábies hunc nostrum aúgurem,
mare caélum terram rúere ac tremere díceres
**4** (10 s) quamquám non istis éxercetur ín locis
hic nóster, delabórat cum puer⟨ó⟩ statim

**42** Non. 391 **43** Non. 355 '*praeveni*' *foris: foras* v. l. *praessit* v. l. **44** Non. 467 **45** Non. 332 *eleget* v. l. **46** Fest. 301 Paul. Fest. 300 (fabula incerta) *fabulare* om Paul. **47** Paul. Fest. 215 '*epulis et potationibus inservit*' **48** Fest. 210 Paul. Fest. 211 **49** Fest. 302 Paul. Fest. 303 '*stercora suilla*' **50** Serv. auct. Aen. 4, 346 **51** Fest. 197 1 *non* inserta lacunam explet Scal. 2 *qui: in* cod.: *ubi*? Ribb. *colligant* cod.

**1** Non. 496 (Gratulatio) an *nilne*? **2** Non. 468 (Lucubratio) *ut* del Ribb. et *utque* Scal. senarios proponentes **3** Serv. auct. georg. 1, 43 (fabula incerta)

**1** Non. 104 **2** Non. 111 *aut* plerique **3** Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 343 **4** Non. 393 1 *exircere* v. l. 2 *puer* ll.: *puera* Ritschl

**5** (13) quid pródest istuc té blaterare atque óbloqui?
**6** (15) quis tám sagaci córde atque ingenio único — ?
**7** (16) équidem nunc resipívi, postquam péctus est laetítia onustum
**8** (17) ímmo iam dudum óccubuisse, dégulasse opórtuit
**9** (20 s) ᴗ _ _ ᴗ _ Sexte fráter, mi sálve:
quom sálvus venís meliusque ést, gratulór dis
**10** (23 s) alius ést Amor,
aliús Cupido
**11** (25 ss) ᴗ fáteor, sumpsi nón ab illo soló modo,
sed út quisque habuit, cónveniret quód mihi,
quodque mé non posse mélius facere crédidi,
etiam á Latino
**12** (31) ᴗ sí non verear, némo vereatúr tui
**13** (32) praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit
**14** (33 s) em istó parentum est víta vilis líberis,
ubi málunt metui quám vereri se áb suis
**15** (36) scis hábitum ita ut nunc óbtinet. — praefíscine!
**16** (45 s) dí sunt iratí tibi,
qui cónciere cógites tantúm mali
**17** (52 ss) o dígnum facinus! ádulescentis óptumas
bene cónvenientes, ⟨béne⟩ concordes cúm viris
repénte viduas fáctas spurcitiá patris!
**18** (59 s) quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
quam blánde, quam matérno visast péctore — !
**19** (61 ss) vigiláns ac sollers, sícca, sana, sóbria:
virósa non sum, et sí sum, non desúnt mihi
qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis
**20** (65) dispérii, perturbáta sum, iam fláccet fortitúdo
**21** (67) immo ílli mitem fáxo faciant fústibus

---

**5** Non. 78 *prodest: est* plerique *obliqui* v. l. **6** Fest 321 **7** Prisc. GL II 500 (B r u n d i s i n a e) *resipui* plerique **8** Non. 97 *accubuisse* ci Ribb. **9** Prisc. GL I 404 2 = Non. 116 (C i n e r a r i u s) 2 *cum* Prisc.: *quod* Non. *que* om Non. ll. **10** Serv. auct. Aen. 4, 194 an unius senarii exordium? **11** Macr. sat. 6, 1, 4 (C o m p i t a l i a) 1 *fatebor* Koch *solum* trad.: *solo* Herm.: om Ribb. 2 *quisquis* trad. *quod conveniret* trad. 3 *quod* Bothe Ribb. **12** Non. 496 ⟨*ego*⟩ Ribb *vereare* Mercier **13** Non. 39 '*pilis vestiri*' **14** Gell. 15, 13, 3 (C o n s o b r i n i cf. Ἀνεψιοί Menandri) 1 *hem* ll. *vitabilis* ll. 2 *a* v. l. **15** Char. GL I 212 **16** Non. 90 (D e p o s i t u m. cf. Παρακαταθήκη Menandri all.) 1 *sint*? Ribb. **17** Non. 394 (D i v o r t i u m) 1 *o indignum* Delrio 2 *concordes*⟨*que*⟩, ⟨*et*⟩ *c.*, *concordantes* alii *vires* (i. *vireis*) ll. 3 *facias* trad. **18** Non. 515 1 = 513 2 *vias (viast, vius)* trad. **19** Non. 21 2 *sim* Steph.: *sum* ll. 3 *desint* Quicherat **20** Non. 110 *sunt* v. l. **21** Non. 343 *paxo* v. l.

**22** (72 ss) post narrávero,
nunc ést distentus ánimus ut negótiis,
porro aútem propero
**23** (76) _ sollicito córde corpus nón potitur núnc quie
**24** (77) cur nímium adpetimus? — némini nimiúm bene est
**25** (81) idcírco haec agere técum secreto ínstiti
**26** (82) ut sínt repentino ápparandae núptiae
**27** (83) deós ego omnis út fortunassínt precor
**28** (84 ss) princípium hoc oro in ánimo ut sic statuás tuo,
(me) offíciis cogi ut ábs te seorsus séntiam
de uxória re
**29** (93 s) vetuít me sine mercéde prosum Paúsias
remeáre in ludum
**30** (95 s) hém quid ais? — mane, Sérvi, quaeso, nísi molestum est, paúca sunt
técum quae volo
**31** (99) optándum uxorem, quaé non vereatúr viri
**32** (103) au, mí homo! immo edepol vós supremum méum concelebretís diem
**33** (104 ss) quís tu es ventoso ín loco
soleátus, intempésta noctu súb diu
apérto capite, sílices cum findát gelus?
**34** (107 s) ◡ cómissatum prótenis rectá domum
digrédimur
**35** (113) ita íntricavit húius hanc rem témeritas
**36** (116 s) nám proba et pudíca quod sum, cónsulo et parcó mihi,
quóniam comparátum est, uno ut símus contentaé viro
**37** (122 s) tace!
puélla non sum, súpparo si indúta sum?
**38** (129) me auctóre, mater, ábstinebis. — quíd nisi?
**39** (133 s) ʻmeretríx cum veste lónga?ʼ — ʻperegrino ín loco
solént tutandi caúsa sese súmereʼ

**22** Char. GL I 213 (Emancipatus) 2 *ut* ll.: *tot* ci Ribb. **23** Prisc. GL II 242 Gramm. suppl. p. 132, 33 **24** Char. GL I 207 **25** Char. GL I 221 **26** Char. GL I 216 **27** Non. 109 ʻ*omnibus bonis augeant*ʼ **28** Char. GL I 219 1 *principio* Fruterius *ut sis tuo sta . . . s* trad.: *ut sic tuo statuas* ed. pr. **29** Fest. 277 1 *paucius* ll.: *Paccius* Scal. **30** Char. GL I 241 **31** Non. 496 *viri*? Lindsay **32** Char. GL I 241 *omo* trad. **33** Non. 207 (Epistula) 2 *divo* trad.: *Iove* Ribb.: *nive*, *dio* alii 3 *findit* Quich. **34** Non. 376 1 ʻ*protinus*ʼ **35** Non. 8 ʻ*inpedivit*ʼ **36** Non. 256 2 ʻ*constitutum est*ʼ **37** Non. 540 Paul. Fest. 311 cf. Fest. 310 Schol. Bern. Luc. 2, 364 **38** Fest. 257 **39** Non. 541 (Exceptus)

**40** (136) ubi híc(e) Moschis, quaéso, habet, meretríx Neapolítis?

**41** (143 s) iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoveri: sólvo
operám Dianae

**42** (147 s) de víta ac morte dómini fabulábere
advórsum fratrem illíus ac dominúm tuum

**43** (151 s) quod vítae studium aut quód praesidium in pósterum
mihi súpponebas, mé cum privasti tui?

**44** (153) audíte, pueri, paúca: vos succédite

**45** (156 ss) formósa virgo est: dótis dimidiúm vocant
istí, qui dotis néglegunt uxórias:
praetérea fortis

**46** (159 s) dat rústico nescío cui, vicinó suo
perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum

**47** (164) cómmemorabo, osténdam illius fácta et spurcitiam ímprobi

**48** (170 ss) ⏑ – ⏑ – nullám profecto accéssi ad aram, quín deos
supplíciis, sumptu, vótis, donis, précibus, plorans, óbsecrans
nequíquam defetígarem

**49** (179 s) mea nútrix, surge sí vis, profer púrpuram:
praeclávium contéxtust

**50** (181) dimíttit adsestrícem, me ad sesé vocat

**51** (183) ínterim meréndam occurro: ad cénam cum vení, iuvat

**52** (186) proin tú, cum quaeram, né requiram té vide

**53** (192) expéierabant, éxecrabant se ác suos

**54** (196 s) ítaque (quia) spissúm videtur fíeri, non possúm domi
méum virum expectáre, quem mihi stúdeo iam dudúm dari

---

**40** Non 318 *hic*, *moscis (morcis)*, *meletrix* ll. '*habitat*' **41** Non. 523 **42** Non. 232 1 *fabulavere* ll. 2 *suum* ll. **43** Non. 498 2 *privis* ll.: em Mercier: *privaris* (-*es*) Quicherat Ribb. **44** Non. 403 '*ingredimini*' **45** Non. 306 (Fratriae) 1 *midium* v. l. 3 '*dives*' **46** Non. 280 1 *da* ll.: *det* Lipsius 2 '*promittat*' **47** Non. 393 *furta* Mue *spurcitia* ll. **48** Non. 398 2 '*supplicationibus*' *vatis* ll. **49** Non. 64 2 *contextus* vel -*um* (e corr.) ll. **50** Non. 73 '*femininum est ab eo quod est assessor*' **51** Non. 29 *merendae*, ⟨*in*⟩ *m.*, ⟨*ad*⟩ *m.* edd.: '*cibum post meridiem qui datur*' *accurro*, *accuro* ci edd. **52** Non. 434 *tum* ll. praeter unum **53** Non. 473 (Incendium) *expeiurabant* trad. **54** Non. 392 1 vel ⟨*quom*⟩ ⟨*nimis*⟩ '*tarde*' *i. spissum* ⟨*mihi*⟩ Buech. *possunt* plerique

**55** (198 s) non úsque quaque idóneum inveniás locum,
ubi dérepente cúm velis faciás lutum
**56** (201) hoc óbsecro igitur ágite et me adiutámini
**57** (207 ss) postquam se vídit
inibi ésse, gnatam párvulam soróribus comméndat
**58** (216 s) ◡ – ◡ causam cóicere hodie ad té volo
ambón adestis? prófuturos árbitror
**59** (223) atque ílle derepénte in iumentum éxilit
**60** (230) ipsí me velle véstimenta dícito
**61** (232 s) contémnes? liber nátus est, ita máter eius díxit,
in Gállia cum ambós emerem
**62** (240) orbús virili séxu adoptavít sibi
**63** (241 s) uxórem quaerit fírmamentum fámiliae:
sciás abesse ab lústris ingeniúm procul
**64** (243 s) et própter patruelém tuam
constítuit hilare anhélans, deiectá coma
**65** (245 ss) occásione cápta mulier ínvolat
in cóllum, plorat órat, occurrít nepos
pausíllus, neptis pórro de lectó frigit
**66** (252) vixísti tristis dúrus difficilís tenax
**67** (253) non égo te novi trístem saevum sérium?
**68** (254 s) ◡ – quod si fecíssem paulo saépius,
didicísset ferre et nón esse intolerábilis
**69** (258 s) iucúnditatis plús inest in té mihi
quam cómmercatis cónquisite edúlibus
**70** (263) dehinc téméritatem répudio vulgáriam
**71** (268) siléntio opus est, núlla inest parátio
**72** (269) hoc pótius, hoc nunc férvit animus, hóc volo
**73** (272 s) nam mé pudet, ubi mécum loquitur Númerius,
aliquíd sufferre Graéce: irridet me ílico
**74** (276) tu sénecionem hunc sátis est si servás, anus

---

**55** Non. 518 1 *iocum, locus* plerique 2 *lucrum* Lipsius **56** Non. 477 (Inimici) **57** Non. 124 (Materterae) 1 *videt* Quich. 2 ‘*sic*’ ‘*mox*’ *gignatam* ll. **58** Non. 267 1 ‘*agere*’ **59** Non. 518 (Omen) **60** Prisc. GL II 227 ‘*ipsius*’ **61** Char. GL I 119 (Pantelius?) 1 *contemnis*? Ribb. 2 *ambos cum* Herm. **62** Fest. 334 (Privignus) **63** Non. 333 2 *lustris* Non.: *inlustris* Non. ll.: ‘*lupanaribus*’ **64** Non. 514 2 *delecta* ll.: *disiecta* Bothe **65** Non. 308 1 *occasionem cartha (casta)* ll.: *o. captans, cum aptast* edd. 3 ‘*cum sono sussilit*’ **66** Non. 407 **67** Non. 33. 409 *saevum: servum* ll. **68** Non. 125 2 *didicit esse is* ll. ‘*quae tolerari non possit*’ **69** Non. 28 1 *est* v. l. **70** Non. 488 **71** Non. 219 *inest: mi est* ci Ribb. **72** Non. 503 *huc nunc* v. l. **73** Non. 397, 5 (Prodigus) 1 *pudet it* v. l. 2 *suffero* ll.: ‘*dedere*’ ‘*supponere*’ **74** Prisc. GL II 114 (Proditus)

**75** (278) ut scíre possis, ád quo te expediát loqui
**76** (279 s) cave ne péndeas,
sí fuas in quaéstione
**77** (282 s) non súm tam criminósa, quam tu, vípera:
gannire ad aurem númquam didici dóminicam
**78** (289 s) quanto fácilius
égo, qui ex aequo vénio, adducor férre humana humánitus
**79** (298 s) Vsús me genuit, máter peperit Mémoria:
Sophiám vocant me Grái, vos Sapiéntiam
**80** (301) saéviter ferre haéc te simula et gnátam ab illo abdúcere
**81** (302 s) _ tui verétur, me ad te mísit oratúm pater
**82** (306) ne ego íllos velitántis auscultó lubens
**83** (308 s) vellem íntervenissem ánte; nam ut signa índicant,
hi cóniecere vérba inter sese ácrius
**84** (312) me míseram! numero ac néquiquam egi grátias
**85** (313 s) utí servorum cáptus est, facíllime
domo átque nostra fámilia provenditur
**86** (315) at púer est, vescis ínbecillus víribus
**87** (320) perfálsum et ábs te créditum numeró nimis
**88** (321) nóli ex stultitiá multarum crédere esse animúm meum
**89** (324) ut mé esse in hac re dúcat abs te extrárium
**90** (325) adeo út te satias cáperet toti fámiliae
**91** (330 s) quis hic est símia,
qui me hódie ludificátus est?
**92** (334) maiórem laudem quám laborem invénero
**93** (335) ádpetis dominátum demens praémature praécocem

---

**75** Non. 76 (Promus) *aquo* v. l. **76** Non. 111 **77** Isid. diff. 86 2 = Non. 450 (Prosa?) **78** Non. 514 (Repudiatus) 1 *falacius* v. l. 2 *equo (ego)* ll. *fere* ll. *humanitas* v. l. **79** Gell. 13, 8, 3 (Sella) **80** Non. 511 (Simulans) *simulet gn.* ll. **81** Non. 496 *ut) tui v.* septenarium expleret *tui: vi* v. l. *peteret* Non. ll.: *pater et* Fruter Mercier **82** Non. 246 *veltantis* ll. *libens (liv-)* trad. **83** Non. 267 1 *signant* v. l. 2 *coniaecere*, *coniacere*, *conicere* v. l. *se* ll. **84** Fest. 170 *(in simulantē) emiscra* trad. *nequicquam* trad. **85** Don. Ter. Ad. 480 1 *ut is* trad. 2 *protruditur (-venditur)* Ribb. **86** Non. 187 Philarg. Verg. georg. 3, 175 (Sorores) *an* Philarg. *vescus* Philarg.: '*macris*' *inbecillis* Non. v. l. **87** Fest. 170 (Suspecta) '*celeriter*' **88** Non. 519 **89** Non. 103 '*alienum*' **90** Prisc. GL II 227. 266 *toti* Prisc.: *tote*, *totae* v. l. **91** Char. GL I 108 (Temerarius) **92** Auson. Technop. 12 praef. (Thais) **93** Gell. 10, 11, 8 (Titulus) Macr. sat. 6, 8, 13 *demens: veteris* Macr. v. l.: *Veneris* ci Ribb.

**94** (336 ss) ferme vírgini
tam créscit uterus tánquam gravidae múlieri. —
molucrúm vocatur, tránsit sine dolóribus
**95** (344) ‘quo tú conmetas’? — ‘úbi confixus désides’?
**96** (346 s) nón dolorum pártionis véniet in mentém tibi?
quós ⏑ misera pértulisti, ut pártum proicerét pater?
**97** (348) ámentes, quibus ánimi non sunt íntegri, surde aúdiunt
**98** (350 ss) quo cásu cecidit spés reducendí domum
quam cúpio, cuius ego ín dies impéndio
ex désiderio mágis magisque máceror
**99** (353) ⏑ – ⏑ quia scit mé illam amare pérditim
**100** (354 s) igitúr quiesce, et quóniam inter nos núptiae
sunt díctae, parcas ístis verbis, sí placet
**101** (356 s) voluptátem capio máximam, cruciári tua te cúlpa,
qui dé te et de illa péssime, quam déamas, promerére
**102** (358) di tíbi dent propria quaécumque exoptés bona
**103** (360 ss) antíquitas peténda in principio ést mihi:
maióris vestri cúpidioris líberum
fuére
**104** (372 ss) dum ⟨mé⟩ morigeram, dúm morosam praébeo,
deinde áliquid dedita ópera controvérsiae
concínno, laedo intérdum contuméliis
**105** (376 s) exclúdat uxor tám confidentér virum?
non fáciet
**106** (378 ss) si póssent homines délenimentís capi,
omnés haberent núnc amatorés anus.
aetás et corpus ténerum et morigerátio,
haec súnt venena fórmosarum múlierum:
mala aétas nulla délenimenta ínvenit
**107** (388 s) male meréntur de nobís eri,
qui nós tanto opere indúlgent in puéritia
**108** (390) tandem út possimus nóstra fungi múnera

---

**447** (882 s) ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ hic ubi mé videt,
súbblanditur, pálpatur, capút scabit, pedés legit
**448** (884 s) ‒ ◡ age nunc súmmam sumtus ⟨súb⟩duc atque aerís simul
ádde alieni
**449** (886) hóc est ratio? pérversa aera, súmma est subducta ínprobe
**450** (887) éodem uno hic modó rationes ⟨ómnes⟩ subducét suas
**451** (888 s) : Hymnís, velim
té id quod verum est crédere
**452** (890) pérge amabo, ac, sí pote, face dígnam me ut vobís putem
**453** (891 ss) facio ⟨ílico⟩
ád lenonem vénio, tribus in líbertatem mílibus
déstino
**454** (894) Hýmnis, ego animúm si induco, quód tu ab insano aúferas
**455** (895 s) Apóllost numen, quí te antiquis nón sinet
delíciis maculam atque ígnominiam inpónere
**456** (898) huc, álio cum iter habéret, praeteriéns venit
**457** (900 s) ◡ ‒ ◡ ‒ ◡ tú, qui iram indulgés nimis,
manús a muliere ábstinere mélius est
**458** (902) favitórem tibi me, amícum, amatorém putes

---

infidi dispensatoris fraudes iam diu cognovit (Ma); sed cf. Cich. 172 **446** Non. 36 *me illis: mellis* ll. *possem emungi volo* ll. senis in comoedia verba agnovit Ma **447** Non. 472 Fest. 210 1 *me ubi vidit* Non. Ma scil. dispensator (cum Ma) vel servus in comoedia 2 *s. p.* om Fest.: *s.* ⟨*fur*⟩ *p.* Ma signa esse culpae et malae conscientiae recte iudicat Ma **448** Non. 283 1 ⟨*sub*⟩*duc* Leo[3] 856 1 s *alieni simul* | *adde* Ma dispensatorem dominum iubere censet Ma, servum senem Cich. (173) **449** Non. 74 *est: et* ll. **450** Non. 399 *hi* G *errationes* ll. *subduceret* ll., scil. *dispensator improbus* vel *servus subducent* alii **451** Non. 275 1 *hiemis* G[1] 2 *est* om L[1] **452** Non. 369 *potes* ll. dicit meretrix **453** Non. 289 1 ⟨*cito*⟩ Mueller 3 *destiner* ll.: veluti *in libertatem vindico* scil. *meretricem* (Ma) **454** Non. 330 *hymnis* G[2]: *ighymnis* L: *gemis hymnis* G[1] *sic* ll. *tua* G *aut inferas* L **455** Non. 24 1 *apolost nomen* ll. 2 *delicis* ll. minae sunt pueri poetae inimici **456** Non. 318 *hunc* ll. **457** Non. 325 1 ‘*auges*’ 2 *abstinere a muliere* ll. **458** Non. 110 *fabitorem* L

**459** (903 s) habeásque ⟨in⟩ animo, mi ádmodum causám gravem
fore, quaé me ab ullo cómmodo abducát tuo
**460** (908) tum illúd epiphoni, quód etiamnunc nóbile est
**461** (909 s) cum amícis, quantum est ínter humanúm genus
rerúm, quae inter se cóniungant, commúnicat
**462** (912) ut núnc ⟨in⟩ hac re míhi opem atque auxilium ófferas
**463** (918 s) concédat homini id quód velit, deléniat,
corrúmpat prorsum ac nérvos omnis éligat
**464** (920 s) quaprópter certum est fácere contra, ac pérsequi
et nómen deferre hóminis

---

**465** (953) hómini amico et fámiliari nón est mentirí meum
**466** (954 s) _ mercede quaé conductae flént alieno in fúnere
praéficae, multo ét capillos scíndunt et clamánt magis
**467** (963 s) quó facetiór videare et scíre plus quam céteri,
pértisum hominum, nón pertaesum, dícere humanúm genus
**468** (965) quoía nam vox éx te resonans méo gradu remorám facit?

---

**469** (970) multis indu locis sermonibus concelebrarunt
**470** (971) quae quondam populi risu res pectora rumpit
**471** (972) calvus Palantino quidam vir non bonus bello
**472** (973) et saevo ac duro in bello multo optimus hostis
**473** (985 s) deducta tunc voce leo: ‘cur tu ipsa venire
non vis huc?’

---

**459** Non. 315 versui praecedenti adhaesit Dousa 1 *mihi* ll. *grave* optt.: ‘*necessariam*’ amici verba potius quam amatoris esse contendit Cich. 178 s **460** Non. 352 *epitofoni* L scil. *Socrates*? (Cich. 178): ‘ἐπιφωνεῖ’ *etiamtum* ll. *etiamnum* J. Dousa **461** Non. 36 1 *quam mihi quantum* ll. 2 *quae: que* ll. *coniungat* ll. **462** Non. 360 *uti* Lachm. petit mulier ab amatore **463** Non. [1]278 1 = [2]269 2 = [3]301 1 *vult* Non.[1] 2 *prorsus* ll.: em Leo[3] *ad* Non.[3] ‘mores adulatoris describuntur’ Ma **464** Non. 289 2 ‘*celatum prodere*’ **465** Lact. inst. 6, 18, 6 (librorum XXVI—XXIX) **466** Non. 67 (libri XXVII?) 1 ⟨*ut*⟩ Mueller **467** Fest. 273 2 *hominem* cod. *dicere ferum nam genus* cod. *d. aerumnamst opus* Lachm. **468** Paul. Fest. 276 cf. Fest. 277 *quaenam* trad. ‘*remorae a morando dictae*’ **469** Non. 275 (liber XXX) scil. *fabulam quandam* **470** Non. 382 *risu res* Madvig: *oris aures* ll. ‘*defetigat*’ **471** Non. 462 *pallantino* ll., turpiter gesto a. 137 cf. Appian. Iber. 80 ss *non bonus* Guyet: *nobilis bonus* ll. **472** Non. [1]285. [2]388 *ac* Non.[2]: *ut* Non.[1] ‘*nocenti*’ **473** Non. 289 ‘*deminuta*’ ‘*suppressa*’ *hunc* L[2] G verba sunt leonis aegroti ad vulpeculam

**474** (987) sed tamen hoc dicas quid sit, si noenu molestum est
**475** (988 s) ‘quid sibi vult, quare fit ut intro vorsus et ad te
spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?’
**476** (990) sic laqueis, manicis pedicis, mens inretita est
**477** (992) aut operatum aliquo in celebri cum aequalibus fano
**478** (993 s) aut cum iter est aliquo et causam conmenta vi⟨ai⟩,
aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam
**479** (995) lana, opus omne perit: pallor, tiniae omnia caedunt
**480** (996) vir mare metitur magnum et se fluctibus tradit
**481** (997) iuratam se uni, cui sit data deque dicata
**482** (998 s) continuo, simul ac paulo vehementius aura
inflarit, fluctus erexerit extuleritque
**483** (1000) sed quid ego haec animo trepidanti dicta profundo?
**484** (1001) ⏑ ⏑ – ‘ruis hoc, et colligis omnia furtim’
**485** (1002) ‘quom me hoc tempore, nugator, cognoscere non vis
**486** (1004) praeservit, labra delingit, delenit amore
**487** (1008) quantum haurire animus Musarum e fontibus gestit
**488** (1009) producunt me ad te, tibi me haec ostendere cogunt

---

**474** Non. 143 *sit: est* ll.: *rest* Lachm. *noenum* ll. respondet vulpecula **475** Non. [1]303. [2]402 2 cf. Porph. Hor. epist. 1, 1, 74 loquitur vulpecula 1 *intra* Non.[2] *et ad te* Iunius: *aetate* Non.[2]: *ut ad te* Non.[1] 2 *spectant* vel *expectant* Non.[1] boni: *expectent* Non.[2] G *ferent* Non.[2] L[1] *sed omnia* Non.[2]: *omnia se* Non.[1] *prosus* Non.[1] L[1] **476** Non. 350 ‘*quibus manus vinciuntur*’ *mens* scil. *eius qui amat* **477** Non. 523 *operat* ll.: ‘deos religiose et cum summa veneratione *litatum*’ scil. *it mulier in* om Guelf. **478** Non. 522 1 scil. *mulier* **479** Non. [1]272. [2]462 *fallor* Non.[1] **480** Non. 350 *est: et se* codd. *tradidit* ll. **481** Non. 287 *iuratam* scil. *coniugem relinquit maritus deque: adaequae* ll. **482** Non. 297 2 *erexit* ll. fabulam narrari de Aegialea Diomedis uxore infida censet Marx **483** Non. 408 *trepidante* codd. **484** Non. [1]273. [2]380 *et: est* Non.[1] v. l. ‘*aufers*’ scil. *serve infide* **485** Non. 35 *quam* ll. ‘*nugis perturbator*’ de servo dominum se cognoscere negante **486** Non. 278 *delicit* ll. scil. *meretrix amatorem tristem* **487** Non. [1]317. [2]319 *quanto* Non.[1] *aurire* Non.[1] ll. praeter Guelf., sed Non. versum in littera *h* posuit *animas* Non.[2] *et fontia* Non.[2] intellege: *tantum ingenii vires sustinere non possunt* (Ma). sed cf. Cich. 184 **488** Non. 373 ‘*foras educunt*’ scil. *amici*, veluti ad Scipionem quem Lucili saturis offensum esse Horatius (sat. 2, 1, 67) negat (Ma), de C. Sempronio Tuditano consule a. 129 cogitat Cich. 183

**489** (1010) neminis ingenio tantum confidere oportet
**490** (1011) gratia habetur utrisque, illisque tibique simitu
**491** (1012) et sua percipere⟨t⟩ retro rel⟨l⟩icta iacere
**492** (1013) et sola ex multis nunc nostra poemata ferri
**493** (1014) idque tuis factis saevis et tristibus dictis
**494** (1015) gaudes, cum de me ista foris sermonibus differs
**495** (1016) et male dicendo in multis sermonibus differs
**496** (1017) haec tu me insimulas? nonne ante in corde volutas
**497** (1019) quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?
**498** (1020) quid servas quo eam, quid agam? quid id attinet ad te?
**499** (1021) quod tu a⟨lios⟩ laudes culpes, non proficis hilum
**500** (1022 s) hic ut muscipulae tentae atque ut scorpios cauda sublata
**501** (1024 s) inprobior multo quam de quo diximus ante:
quanto blandior haec, tanto vehementius mordet
**502** (1026) omnes formonsi, fortes tibi, ego inprobus. esto
**503** (1027) summatim tamen experiar rescribere paucis
**504** (1028) cui sua conmittunt mortali claustra Camenae
**505** (1029) sicuti te, qui ea quae speciem vitae esse putamus
**506** (1030) nolito tibi me male dicere posse putare
**507** (1031) et Muttonis manum perscribere posse tagacem

---

**489** Non. 143 Prisc. GL II 207 *ingenium* Non. ll. *tantum* Non.: *quemquam* Prisc. scil. *quam tuo, amice* **490** Non. 175 *tibique* Iunius: *sibi quae* ll. *simetu* Leid.[1]: ‘*simul*’ i. *a Lucilio amicis et amico, carminum arbitro subtilissimo* **491** Non. 326 *perciperet* scil. *aemulus* ‘*sordere*’ ‘*neglecta esse*’ **492** Non. 303 ‘*laudari*’ **493** Non. [1]388. [2]409 *itaque* Non.[2] boni *sevis factis* Non.[2] scil. *consequi vis ut risum excutias* (Ma) **494** Non. 284, 14 loquitur adversarius ‘*diffamas*’ ‘*divulgas*’ **495** Non. 284, 23 idem loquitur **496** Non. 420 Lucilii verba *insimilas* ll. ‘*cogitatione perquiris*’ **497** Non. 420 adversarius loquitur ad poetam **498** Non. 387 ‘*sollicite et suspiciose observas*’ **499** Non. 121 *tu a⟨lios⟩* Leo[3]: *tua* ll.: *tu nunc* Ma *lades* boni: *laedas* ci Cich. 194 ‘*breve quoddam*’ **500** Non. [1]181. [2]266. [3]385 1 *muscipula* Non.[1, 2] *tantae* Non.[3]: *contenta* Non.[2]: ‘*extensae*’ *ut* om Non.[1, 2] *aque* Non.[1] *scorpius* Non.[3] 2 ‘*erecta*’ **501** Non. 327, 11 ‘*saevior*’ L. Accium carpi censet Cich. 203 **502** Non. [1]306. [2]327, 14 *formosi* ll. praeter L[1] *ergo* Non.[1] ‘*divites*’ **503** Non. 296 *experire scribere* L **504** Non. 249 *cui: quoi* Lachm.: *quia* ll. ‘*credunt*’ ‘*permittunt*’ scil. *is Musarum antistes est* Ma, *Accio* vel *Acci poetae statuae in Camenarum aede positae* Cich. (205 s) **505** Non. 173 ‘*specimen*’ ‘*exemplar*’ *putamus esse* ll. comoediarum argumenta significantur, comicus appellatur poeta, Afranius, ut videtur Cichorio 196 ss **506** Non. 505 **507** Fest. 359 Paul. Fest. 358 Non. 408 *onustonis* Fest. apogr. Polit.: *musconis* Non. *manu* Non. *tagen* Fest.: ‘*furibundam*’ de *Q. Titio Muttone* cf. Cich. 207 s

**508** (1032) hoc etiam accipe quod dico: nam pertinet ad rem
**509** (1033) quem scis scire tuas omnes maculasque notasque
**510** (1034) quem sumptu⟨m⟩ facis in lustris, circum, oppida lustrans
**511** (1035) nunc, Gai, quoniam incilans nos laedis, vicissim
**512** (1036) si liceat facere et iam hoc versibus reddere quod do
**513** (1037 s) quin totum purges, devellas me atque deuras,
exultes ⟨et⟩ sollicites
**514** (1039 s) cuius vultu ac facie, ludo ac sermonibus nostris
virginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem
**515** (1043 s) 'tune iugo iungas me? anne et succedere aratro
invitum et glebas subigas proscindere ferro?
**516** (1047) haec vestimentis maculosis: tum aspice ⟨s⟩is te
**517** (1048) sublatus pudor omnis, licentia fenus refertur
**518** (1050) quid dare, quid sumti facere ac praebere potisset
**519** (1051 s) quid vero est, centum atque ducentum possideas si
milia
**520** (1053) Maximus si argenti sescentum ac mille reliquit
**521** (1054) non numquam dabit ipsa aetas, quod possit, habendo
**522** (1059) hoc missum facies, illo me utere libente
**523** (1060) unus consterni nobis, vetus, restibus aptus

---

**508** Non. 240 '*audi*' **509** Non. $^{1}$350. $^{2}$354 *quem* scil. *eum te horrere apparet*, i. *poetam* *sci* Leid. bis *maculas notasque* Non.$^{1}$ L$^{1}$ G **510** Non. 335 '*lupanaribus*' veluti scortator *circum* adv. Leoni **511** Non. 125 *gat* et *vicissem* L '*increpans*' **512** Non. 278 511 et 512 continuavit Ma '*dico*' scil. *sermone pedestri*. sed cf. Cich. 195 **513** Non. 300 Lucilius adversario se tradit carpendum (Ma) 1 *debellas*, *delellas* optt. 2 '*gestu vel dictu iniuriam facias*' **514** Non. $^{1}$320. $^{2}$366 1 *ludis* Non.$^{2}$ 2 *verginis* Non.$^{1}$ L$^{1}$ Non.$^{2}$ L '*praemium*' *reddimus* Non.$^{2}$ **515** Non. 401 1 *ante* ll.: *Anyte*? Leo$^{3}$ (857) 2 '*cogas*' **516** Non. 350 *haec* i. *amica tua* **517** Non. 385 '*remotus*' licentia in tabulas accepti refertur ut faenus i. lucrum (Ma) **518** Non. 484 '*sumptus*' scil. *amator*, computat meretrix **519** Non. 493, 33 1 *atque* Leo$^{3}$ (852): *ac* ll. 2 *milium* ll. **520** Non. 493, 31 cum antecedenti coniunxit Mueller Maximum Scipionis Aemiliani fratrem esse mortuum a. fere 130 statuit Ma *argentis* ll. de summa cf. Marxii comment. p. 335 s **521** Serv. auct. Verg. georg. 3, 159 *prosit* ci Lachm. **522** Non. 348 *hoc* scil. *vitium*, *illo* i. *praecepto bono a me dato* *metu tenere* G$^{1}$: *metutere* L$^{2}$ *libenter* ll. **523** Non. 235 *unus* scil. *lectus in cena sordida* *consternit* ll. *novis* ll. *pestibus* L '*conligatus*'

**524** (1061) culcitulae accedunt privae centonibus binis

**525** (1062) clauda una est pedibus cariosis mensula vino

**525a** (1063) deblaterant, plennus bonus rusticus concinit una

**526** (1064) ipso cum domino calce omnis excutiamus

**527** (1065 s) illo quid fiat, Lamia et Pitto oxyodontes
quod veniunt, illae gumiae vetulae inprobae ineptae?

**528** (1067) quis totum scis corpus iam perolesse bisulcis

**529** (1068) contra haec invitasse aut instigasse videntur

**530** (1069) cuia opera Troginus 'calix' per castra cluebat

**531** (1070) serus cum eo medio a ludo bene potus recessit

**532** (1073 s) 'scito ⟨et⟩enim bene longincum mortalibus morbum
in vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se'

**533** (1075) omnia tum endo muco videas fervente micare

**534** (1076 s) pulmentaria, ut intubus aut aliquae id genus herba,
et ius maenarum. bene habet se, mictyris haec est

**535** (1079) ut semel in Caeli pugnas te invadere vidi

**536** (1080 s) sicubi ad auris
fama tuam pugnam ⟨prae⟩claram adlata dicasset

**537** (1082 s) quantas quoque modo aerumnas quantosque labores
exanclaris

---

**524** Non. 35 *culcituae* L: '*tori lecti*' *accendunt* L ita ut sex in uno lecto collocati fuerint convivae (Ma) **525** Non. 83 *plauda* ll. '*vetustis*' *mensu iabino* Florentin.: *mensulibano* rell.: em Turnebus: *mensula nobis* Ma. cf. Leo[3] 841 **525**a Non. 96 '*oblocuntur*' '*confingunt*' praecessit fere: *quidquid inepte* (Ma) *blennus* Iunius propter βλέννος sim.: 'parum emunctae naris' **526** Non. 298 '*excludamus*' '*deiciamus*' **527** Non. 117 1 *Bitto* Ma *ixiodontes* ll. (cf. Ma ad l.) 2 *gemiae illiae* ll. '*gulosae*' **528** Prisc. GL II 488 '*quibus*' *iam corpus* Lachm. scil. *cum tenera essent aetate* **529** Non. 321 *haec* scil. *sordes et corporis turpitudo* **530** Non. [1]81. [2]87 *quia* Non.[2]: '*cuius*' cf. Cich. 215 **531** Non. 157 *secus* ll. *a* Lachm.: *ac* ll. **532** Non. 321 vinolenti verba 1 *cibo* (*cito* L) *bene enim* codd.: em Muretus: *scibo* ⟨*ego*⟩ *enim bene* Ma 2 '*replevit*' **533** Non. 348 i. *endo mycho* '*per vices sine ordine moveri*' **534** Non. [1]137 1 = Non. [2]209 1 *entibus* Non.[1] *aliqua et id* Non.[2]: *aliquod* Non.[1] 2 *mictilis* G[2]: *mystila* Lachm.: μυστιλίς Buech.: 'miscellanea' Ma cf. Cich. 217 s **535** Non. 323 *pugnas Caeli* Ma. sed cf. Cich. 187 ss, qui de C. Semproni Tuditani bello Histrico agi coniecit '*adpetenter incipere*' **536** Non. 287 1 *auri* ll. 2 *clarans* Lipsius: *claram* ⟨*mi*⟩ Baehr. Norden *adlatam* sim. trad. '*nuntiasset*' '*indicasset*' **537** Non. 292 1 *quotque* I. Dousa 2 '*perpessus eris*'

**538** (1084) haec virtutis tuae ⟨c⟩artis monumenta locantur
**539** (1085) et virtute tua et claris conducere cartis
**540** (1086 s) et
⟨h⟩is te versibus interea contentus teneto
**541** (1088) accipiunt leges, populus quibus legibus exlex
**542** (1089) quanti vos faciant, socii, quom parcere possint
**543** (1093) insperato abiit, quem una angina sustulit hora
**544** (1097) est illud quoque mite malum blandum atque dolosum
**545** (1107 s) ante fores autem et triclini limina quidam
perditus Tiresia tussi grandaevus gemebat
**546** (1113 s) armamenta tamen, malum, vel⟨a⟩, omnia servo:
funis enim praecisus cito atque anquina soluta
**547** (1119 s) aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est:
tantum habeas, tantum ipse sies tantique habearis
**548** (1121) baronum ac rupicum squarrosa, incondita rostra
**549** (1122 s) bene cocto et
condito, sermone bono, et, si quaeris, libenter
**550** (1130) ⏑ ⏑ ⏑ Cecilius pretor ne rusticus fiat
**551** (1138 ss) Cornelius Publius noster
Scipiadas dicto tempus quae intorquet in ipsum
oti et deliciis, luci effictae atque cinaedo, et
sectatori adeo ipse suo, quo rectius dicas.
ibat forte domum. sequimur multi atque frequentes

---

**538** Non. 340 *virtutis haec* ll. **539** Non. 274 '*convenire*' cf. Cich. 185 **540** Non. 264 **541** Non. 10 '*qui sine lege vivit*'. sed cf. frg. 39 *erret exlex* et Cich. 211 s **542** Non. 370 *com-* ll. '*veniam dare*'. ad rem, Fregellarum seditionem, cf. Cich. 208 ss **543** Non. 35 *abit* ll. scil. *Scipio*? Cich. 212 s **544** Non. 343 *est: et* ll. agitur de mulierum ingenio **545** Don. Ter. Eun. 336 (libri incerti) collocandi videntur Marxio l. VI post v. 250 1 *triclinii* ll. *quidem* ll. 2 *tyresiatus* v. l. describitur convivium sordidum **546** Non. 536 libro III tribuit Vargesius 1 *velum* Mueller 2 *anchora* ll.: ἄγκοινα, 'laqueus quo antemna ad malum adstringitur' Ma **547** Schol. Iuv. [1] 1, 106. [2] 3, 143 1 *ambitiosum* Schol.[1]: *ambitiost* Lachm. *speciem* Schol.[2] *utrumque* I. Dousa: *utrimque* Lachm. 2 *quantam h.* ci F. Dousa ad rem cf. Cich. 333 s **548** Fest. 329 Paul. Fest. 328 *varonum* cod. 'squalente barba' **549** Cic. [1] fin. 2, 25 [2] Att. 13, 52, 1 'fruimur', a quo pendent substantiva *cocto*, *condito*, *s.* suppl. Marx *et* om Cic.[1] ll. **550** Varr. ling. 7, 96 Diom. GL I 452 (libro V ante v. 210 tribuit Ma) *pretor* om Varr. cod. *fias* v. l. Praenestinorum sermo irridetur **551** Fest. 294 2 *dicto* a *dictare* 3 *delicis* cod. 4 *ipsi* cod. interpretatur Marx: '⟨si quaeris, quid agam⟩: ego Lucilius poeta dicto ea quae Cornelius noster Scipio tempus in ipsum oti intorquet et deliciis suis, luci suae, atque adeo (quo vocabulo rectius dicas) cinaedo ipse suo et sectatori': contradicit Leo [3] 857 s

**552** (1145) cretatumque bovem duc ad Capitolia magna
**553** (1147) cui, si coniuret, populus vix totus satis sit
**554** (1157) durum molle voras, fragmenta interficis panis
**555** (1160) ergo praetorum est ante et praeire ⏑ – ⏑
**556** (1161) et pedibus laeva Sicyonia demit honesta
**557** (1174 ss) fingere praeterea, adferri quod quisque volebat.
illum sumina ducebant atque altilium lanx,
hunc pontes Tiberinus duo inter captus catillo
**558** (1185) haec odiosa mihi vitiligo est. 'num dolet?' inquit
**559** (1186) haec inbubinat, at contra te inbulbitat ⟨ille⟩
**560** (1187) haerebat mucro gladium⟨que⟩ in pectore totum
**561** (1191 s) hunc catapiratem puer eodem deferat unctum,
plumbi pauxillum rodus linique mataxam
**562** (1193) Hymnis, cantando quae me adseruisse ait ad se
**563** (1195) inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit
**564** (1205) magna penus parvo spatio consumpta peribit
**565** (1207) mantica cantheri costas gravitate premebat
**566** (1215 ss) nam veluti intro aliud longe esse atque intus videmus,
sic ⟨item⟩ 'apud te' aliud longe est, neque idem valet 'ad te':
'intro' nos vocat ad sese, tenet 'intus' ⟨apud se⟩

---

**552** Schol. Iuv. 10, 66 '*candidum*' *ducit* codd.: de gaudio agitur publico **553** Char. GL I 217 **554** Non. 449 *interficit* codd. agitur de meretrice voraci **555** Varr. ling. 5, 80 **556** Paul. Fest. 337 scil. *mulier in grabato adsidens* **557** Macr. sat. 3, 16, 17 (collocandi versus l. XX ante 569) 1 *fingere* (inf. hist.) scil. *cocus vafer* 3 *tiberinos* codd. **558** Paul. Fest. 369 *vituligo* Thewrewk: '*in corpore hominis macula alba, quam Graeci ἀλφὸν vocant*' *inquit* scil. *medicus* vel *nutrix ancillave* **559** Paul. Fest. 32 contulit cum l. XXIX v. 866 Lachm. '*menstruo sanguine inquinatur*' 'puerili stercore inquinat' **560** Non. 208 *muero* v. l. ad gladiatorum l. IV narratam pugnam rettulit Ma (post v. 159) **561** Isid. orig. 19, 4, 10 2 = Fest. 265 libro III attribuerunt edd. 1 *hanc* Sangerm.: *huc* Scal. *cataporatem (-portem)* ll.: '*lineam cum massa plumbea, qua maris altitudo temptatur*' *pueri* Sang. *deforet (-fore)* ll. *unctum* Guelf.: *eum* Sang. imperat navis dominus 2 *paucillum* Sang.: *paxillum* Fest. cod. *rudus* Isid.: '*aes imperfectum*' *lineque* Guelf. *matexam* Fest. cod.: 'glomum non filum' Ma **562** Serg. in Don. GL IV 564 *quae me: quem* ll. **563** Fest. 360 Paul. Fest. 361 de corpori senectute corrupto parcendo agi videtur Marxio 'βουβών' '*tama . . . cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit*' ἅπαξ εἰρημένον *bova* Paul. Fest. 30 ubi sic explicatur: . . . '*crurum quoque tumor viae labore collectus*' **564** Non. 219 Prisc. GL II [1] 170. [2] 261 *pervo (-os)* Non. optt. **565** Porph. Hor. sat. 1, 6, 106 libro III tribuit Dousa (cf. v. 109) '*pera*' *canthari* codd. **566** Char. GL I 111 1 *veluti* $N^2$: *velut* $N^1$ Colon. deperd. 2 ⟨*et*⟩ I. Dousa *se longe aliud esse* N: *te longe alid est* Dousa *neq. eadem* N *ad se* Lachm. 3 *vocas* N: *vocat* Dousa *int* N: *intus* ⟨*apud se*⟩ Dousa *vocat, at sese t. i.* Ma

**567** (1219) – ◡ ◡ nemo hic vindicias neque sacra veretur
**568** (1220) nequam aurum est, auris quodvis vehementius ambit
**569** (1221) nequam et magnus homo, laniorum immanis canes ut
**570** (1227) nunc ad te redeo, ut, quae res me impendet, agatur
**571** (1228 ss) nunc vero a mani ad noctem, festo atque profesto
totus item pariterque die populusque patresque
iactare indu foro se omnes, decedere nusquam,
uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,
verba dare ut caute possint, pugnare dolose,
blanditia certare, ʻbonumʼ simulare ʻvirumʼ se,
insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes
**572** (1235 ss) o lapathe, ut iactare, nec es satis cognitu qui sis!
in quo Laelius clamores, sophos ille, solebat
edere, compellans gumias ex ordine nostros
**573** (1238 ss) ʻo Publi, o gurges Galloni, es homo miserʼ inquit.
ʻcenasti in vita numquam bene, cum omnia in ista
consumis squilla atque acupensere cum decimano
**574** (1245) – ◡ ◡ – palmisque misellam depuviit me
**575** (1248) permixi lectum, inposui pede pellibus labes
**576** (1250 s) pistricem valida⟨m⟩, si nummi suppeditabunt,
addas, empleuron, mamphulas quae sciat omnis
**577** (1253) plure foras vendunt quod pro⟨inde⟩ minore ⟨erat⟩ emptum

---

**567** Fest. 376 ʻ*res eas de quibus controversia est*ʼ *sacra** Politiani apographon **568** Fest. 165 Paul. Fest. 164 *ambiat* Festi apogrr. duo Festus duas Sinnii Capitonis exhibet interpretationes, aut auris laedi inaurium pondere, cum mollissima auris pars incidatur, aut hominum aures auri pollicitationibus resistere non posse **569** Varr. ling. 7, 32 *immanes* trad. ʻ*canis*ʼ **570** Fest. 161 **571** Lact. inst. 5, 9, 20 (libro I tribuit I. Becker) 1 *a mani (amant)* duo: *a mane* rell. 2 *dies* boni 3 *foro se* unus: *foros*, *foro set*, *forum se* rell. opponuntur inter se prisca vitae consuetudo atque inertia aevi Luciliani **572** Cic. fin. 2, 24 (libro V post v. 194 attribuerit Ma) loquitur Stoicorum aliquis veluti Q. Mucius Scaevola, Laelii gener, in soceri a. 129 defuncti honorem 1 *ut: et* Erlang. ʻ*iactaris*ʼ *quis* Erl. 2 *cognitu laelius* codd. 3 *guimas* Vat. Erl. **573** Cic. fin. 2, 24 cf. schol. Hor. sat. 2, 2, 47 ponendum videtur l. V post v. 194 1 *miseri* praeter unum (e corr.) omnes 2 *cenastis* ll. praeter unum *isto* unus 3 *accubans (-ant) aere* ll. *decimacio* duo **574** Paul. Fest. 70 *depuvit* v. l.: ʻ*cecidit*ʼ **575** Porph. Hor. sat. 1, 6, 22 *permihi* ll. *pedem* ll. *habes* ll.: *labem* I. Dousa **576** Fest. 142 cf. Varr. ling. 5, 138 2 ἔμπλευρον adi. ʻ*panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur decidit in carbones cineremque*ʼ **577** Char. GL I [1]109. [2]211 *plura foras venti* Char.[1]

**578** (1255 s) porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos*
collegere omnes

**579** (1259) prima Papiria Tusculidarum

**580** (1260) Priverno Oufentina venit fluvioque Oufente

**581** (1267) podicis, Hortensi, est ad eam rem nata palaestra

**582** (1270) purpureamque uvam facit albam pampinum habere

**583** (1273 s) quamvis bonus ipse
Samnis, in ludo ac rudibus cuivis satis asper

**584** (1276) quem praeclarus helops, quem Aegypto sargus movebit

**585** (1280) 'quid Decius? Nuculam an confixum vis facere?' inquit

**586** (1282 s) quidni et scruta quidem ut vendat scrutarius laudat,
praefractam strigilim, soleam inprobus dimidiatam

**587** (1284 ss) quis hunc currere ecum nos atque equitare videmus,
his equitat curritque. oculis equitare videmus:
ergo oculis equitat

**588** (1288) quod sumtum atque epulas victu praeponis honesto

**589** (1291) ⟨qua⟩ Rhodus Carpathium in pelagus se inclinat apertum

---

**578** Fest. 258 1 '*mulio mercennarius, quod quartam partem quaestuus capiebat*' 2 *colligere* cod. scil. utpote fures in via publica prope urbem sita **579** Schol. Bob. Cic. Planc. p. 254 *Papiria* scil. *tribus* *tus olidarum* ll. **580** Fest. 194 *offentina* unum apogr.: *oufendina* rell., scil. *tribus* suffragii ferendi causa. ceterum cf. Cich. 336 ss *ofente* apographa **581** Porph. Hor. carm. 1, 27, 1 *pudicis* ll. '*facta*' **582** Cledon. GL V 40 *facit* scil. *autumnus* **583** Cic. de orat. 3, 86 collocandos esse versus post libri IV v. 158 et verba esse Pacideiani cogn. Dousa *cuivis*, *civis*, *cuius* sim. codd. **584** Fest. 322 '*pisci genus*' 'cui salivam movebit' Ma **585** Cic. de orat. 2, 253 praecedunt: *ambigua sunt in primis acuta atque in verbo posita, non in re . . . ut illud Africani, quod est apud Lucilium* *spaedius* mutili *nuculan conficere inquit* mutili **586** Gell. 3, 14, 8 ponendum lib. X post v. 388 1 *vendat et scrutarius* ll. γρυτοπώλης 2 *praefactam* v. l. *strigilim* Char. GL I 126: *strigilem* Gell. ll. **587** Gell. 18, 5, 8 Non. 106 Macr. sat. 6, 9, 11 1 *quis*: *nempe* Macr. *hinc* Gell. plerique *equum* v. l. *nos atque ego* Macr. unus: *non aquae* Non. ll. *videbat* Non. ll. 2 om duo Gell. **588** Gell. 4, 16, 6 Non. 501 (libr. I—VII) *sumptum* Non. ll.: *sumptu* Gell. unus *dictu* Non. ll. *praepones* Non. ll. *chonesto* Guelf. Non. **589** Porph. Hor. carm. 1, 7, 1 (libri XIV, collocandus videtur post v. 466) ⟨ ⟩ add. Marx *Carpathium Rhodus* edd.

**590** (1294 s) _ _ servandi numeri et versus faciendi,
nos Caeli Numeri numerum ut servemus modumque

**591** (1314) tum lateralis dolor, certissimus nuntius mortis

**592** (1319 s) velut olim
auceps ille facit clam, inproviso insidiisque

**593** (1323) vicimus, o socii, et magnam pugnavimus pugnam

**594** (1326 ss) virtus, Albine, est, pretium persolvere verum
quis in versamur, quis vivimus rebus, potesse,
virtus est, homini scire id quod quaeque habeat res,
virtus, scire, homini rectum, utile quid sit, honestum,
quae bona, quae mala item, quid inutile, turpe, inhonestum,
virtus quaerendae finem re scire modumque,
virtus divitiis pretium persolvere posse,
virtus id dare quod re ipsa debetur honori,
hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
contra defensorem hominum morumque bonorum,
hos magni facere, his bene velle, his vivere amicum,
commoda praeterea patriai prima putare,
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra

**595** (1340) vis est vita, vides, vis nos facere omnia cogit

**596** (1342 s) uno oculo, pedibusque duobus, dimidiatus
ut porcus

**597** (1347) ut petimen naso aut lumbos cervicibus tangat

---

**598** (1375 s) Sisyphus versat
saxum sudans nitendo neque proficit hilum

---

**590** Char. GL I 78 cf. GL VII 206 (libro XXX post v. 1078 tribuit Ma) 1 s *et* — *Numeri* Dousa e Colon. deperdito: om N 2 *modumque* Dousa: perierunt in N, sed *que* legit Charisii editor princeps. numeris et necessitate coactus genetivo posuit casu nomen amici poeta, quod nisi genetivo casu et vocativo numeris adaptari non poterat (Ma) **591** Max. Victorin. GL VI 217 collocandus l. V post. v. 190 **592** Serv. auct. Aen. 12, 5 1 *olli* ll. 2 *clam: cum, eum* ll. **593** Don. Ter. Eun. [1]899 Ad. [2]843 cf. 859 *ocius* vel *o cives* Don.[2] *pugnam* ad rem Veneream spectare exponit Don. **594** Lact. inst. 6, 5, 2 6 = Lact. inst. 5, 6, 7 7 = 5, 6, 10 12 = 5, 6, 18 (hoc amplissimum frgm. attribuendum libro XVII post 551) 1 quis fuerit Albinus iste quem ut avarum hominem poeta castigat non liquet. cf. Cich. 349 ss 6 *rei* ll.: em Lachm. 11 *magni facere* Paris.: *magis facere* unus: *magnificare* rell. 12 *patriae* ll. **595** Varr. ling. 5, 63 **596** Gell. 3, 14, 8 (libro XV tribuendi, post v. 483) 1 *dimiditus, dimidius* ll. significari videtur Cyclops **597** Fest. 209 'laudatur equi caput breve, ardua cervix' **598** Cic. Tusc. 1, 10 Non. 121. 353 *sisyphius* ll. aut Lucilio tribuendi aut Ennio

## HOSTIVS

### BELLVM HISTRICVM

**1** (2 *Baehr.*) percutit atque hastam pilans prae pondere frangit
**2** (3) sententia praesto
pectore pilata
**3** (4) saepe greges pecuum ex hibernis pastibus pulsae
**4** (5) non si mihi linguae
centum atque ora sient totidem vocesque liquatae
**5** (6) dia Minerva ⟨simul⟩, simul autem invictus Apollo,
arquitenens Latonius

## A. FVRIVS ANTIAS

**1** (1 *Baehr.*) sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit
**2** (2) omnia noctescunt tenebris caliginis atrae
**3** (3) increscunt animi, virescit volnere virtus
**4** (4 s) sicut fulica levis volitat super aequora classis,
spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas
**5** (6) quo magis in patriis possint opulescere campis

## Q. VALERIVS SORANVS

**1** (1 *Baehr.*) vetus adagio est, o Publi Scipio
**2** (2) Accius Hectorem nollet facere, Hectora mallet

---

**1** Serv. auct. Aen. 12, 121 (liber primus) '*figens*' **2** Serv. l. l. 2 '*fixa*' '*stabilis*' **3** Prisc. GL II 270 *(Hostilius in I annali)* **4** Macr. sat. 6, 3, 6 (liber secundus) imitatus est Verg. georg. 2, 43 **5** Macr. sat. 6, 5, 8 ⟨ ⟩ add. Haupt

**1—5** Gell. 18, 11 (sub rubrica: *verba ex carminibus Furi Antiatis inscite a Caesellio Vindice reprehensa*) 3 s *(quae reprehendit autem Caesellius Furiana haec sunt: quod terram in lutum versam 'lutescere' dixerit et tenebras in noctis modum factas 'noctescere' et pristinas reciperare vires 'virescere', et, quod ventus mare caerulum crispicans nitefacit, 'purpurat' dixerit, et opulentum fieri 'opulescere'. versus . . . ex poematis Furianis . . . subdidi)* **1** = Non. 133 **2** = Non. 145 **3** = Non. 188 **5** = Non. 148 **2** *tenebras* unus Gelli **3** *crescunt* Non. ll. *virescit* Non.: *virescunt* Gell. ll. praeter unum *(increscunt) volucre, volvere* Gell. v. l. *vires* Gell. v. l. **4** 1 *fulca* Pontanus, sed cf. Skutsch Forsch. I 113 *sic fulica levius* Beloe 2 *Eurous* Baehr. *dum* L. Mueller **5** *magis si sint in* v. l. *patriis: campis* Non. ll. *opuliscere* Non.

**1** Varr. ling. 7, 31 *(id est quod παροιμίαν vocant Graeci)* cf. Paul. Fest. 12 Don. Eun. 428 Gloss. s. v. *vetus* ⟨*sat*⟩ Baehr. ut senarium audiamus iambicum **2** Varr. ling. 10, 70 cf. Funaioli p. 78

**3** (4) Iuppiter omnipotens rerum regumque repertor,
progenitor genetrix deum, deus unus et idem

## PORCIVS LICINVS

**1** (1 *Baehr.*) Poénico belló secundo Músa pinnató gradu
íntulit se béllicosam in Rómuli gentém feram
**2** (4) dúm lasciviám nobilium et laúdes fucosás petit,
dum Áfricani vóce⟨m⟩ divina⟨m⟩ ínhiat avidis aúribus,
dum ád Philum se cénitare et Laélium pulchrúm putat,
dúm in Albanum crébro rapitur ób florem aetatís suae:
súis postlatis rébus ad summam ínopiam redáctus est.
ítaque ex conspectu ómnium ⟨ubi⟩ abit Graéciae in terram últimam
mórtuust Stympháli, Arcadiae in óppido. nil P⟨úblio⟩
Scípio ⟨tum⟩ prófuit, nil Laélius, nil Fúrius,
trés per id[em] tempús qui agitabant nóbiles facíllime.
éorum ille opera né domum quidem hábuit conductíciam,
sáltem ut esset, quó referret óbitum domini sérvolus
**3** (5) custodes ovium tenerae propaginis, agnum,
quaeritis ignem? ite huc. quaeritis? ignis homost.
si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
omne pecus flammast, omnia qua video

---

**3** A. Mai Auct. class. 3, 161 Aug. civ. 7, 9 1 *regum rerumque deumque* Aug. 2 *idem: omnis* Aug.

**1** Gell. 17, 21, 45 1 *secundum* unus 2 *sese* ll.: em Ald. **2** Suet.[1] vit. Ter. 2 ed. Wessner Don. I p. 4 8—11 = [2]vit. Ter. 6 1 *lascivam (-ias)* v. l. *fucosas laudes* ll. praeter A 2 *vocem dum et* A *in huius et* A *auribus avidis* unus 3 *Philum* Roth: *fixum* A: *furium* rell. *se* om unus *centare* A *Lelius* unus *putat pulchrum* ll. praeter A 4 *dum se amari ab his credit crebro in Albanum rapitur (rapi)* ll.: em Ritschl *ob: ad* v. l. 5 *post (ipsus) sublatis* ll.: em Ritschl 6 *e* vel om v. l. ⟨ ⟩ add. Bergk *abit* A: *abiit* rell. *greciam in terram* ll.: em Bothe: *in Gr. t.* Scal. Ritschl 7 *mortuus est infalo (in phalo)* ll.: em Bergk: *mortuos Stymphalist* Ritschl *archadiae* ll. ⟨ ⟩ add. Roth *nihil (-ch-)* ll. 8 ⟨ ⟩ add. Dziatzko ⟨*ei*⟩ A *profuit* om duo *nihil illi* A: *nihil ei* rell. *nihil* ll. 8 f *Furius tres: siministros* A 10 *operam* ll. praeter A *habuit: si abuit* Suet.[1] A 11 *obitus* Suet.[1] unus *servulo* Suet.[1] A **3** Gell. 19, 9, 13 cf. Anthol. Pal. 9, 15 Valer. Aedit. 2 Pomp. wandinschr. 585 ss 1 *tenerae* Hosius: *vendere* ll.: *teneraeque, mandrae(que), Venerisque, vernae(que)* alii 2 *item* trad. *huc quaeritis ite (si te) huc quaeritis ignis* ll. plerique *huc! huc agite!* Buettner *ignis* om unus *agnum quaeritis? agnum? ite hinc o procul! ignis hic est* Ussani 4 *quae* dett.

## VOLCACIVS SEDIGITVS

### DE POETIS

**1** (1 *Baehr.*) multós incertos cértare hanc rem vídimus
palmám poetae cómico cui déferant.
eum méo iudicio errórem dissolvám tibi,
ut, cóntra si quis séntiat, nihil séntiat.
Caecílio palmam Státio do mímico.
Plautús secundus fácile exuperat céteros.
dein Naévius, qui férvet, pretio in tértiost.
si erít, quod quarto détur, dabitur Lícinio.
post ínsequi Licínium facio Atílium.
in séxto consequétur hos Teréntius,
Turpílius septimúm, Trabea octavum óptinet,
nonó loco esse fácile facio Lúscium.
decimum áddo causa antíquitatis Énnium

**2** (2) sed ut Áfer populo séx dedit comoédias,
iter hínc in Asiam fécit. ⟨in⟩ navem út semel
conscéndit, visus númquam est: sic vitá vacat

**3** (3) tuaé, ⟨Terenti⟩, quaé vocantur fábulae,
cuiaé sunt? non has, iúra qui populís dabat
summo ⟨ille⟩ honore afféctus fecit fábulas?

**4** (4) sumétur Hecyra séxta, exilis fábula

## VALERIVS AEDITVVS

**1** (1 *Baehr.*) dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis
quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt,
per pectus manat subito ⟨subido⟩ mihi sudor:
sic tacitus, subidus, dum pudeo, pereo

---

**1** Gell. 15. 24 *(in libro . . . de poetis)* 1 *videmus* ll. 4 *qui* Osann 5 *dominico* vel *do comico* trad. 6 *acie* Baehr. 7 *n(a)e vias*, *ne livius* v. l. *servet* ll. *servet pretium*, *tertiust* Ritschl 9 *licium (-o)* v. l. 10 *consequitur* ll. 11 *trabeam* v. l. 13 *antiq. causa* ll. **2** Suet.-Don. vit. Ter. 5 ed. Wessner Don. I p. 7 1 *comedias dedit* A 2 *item* A ⟨*in navem ut* Schoell: *navem (-im) ut (cum)* ll.: *ut navem* Buech.: *navem autem ut* Ritschl 3 *nusquam* unus **3** Suet.-Don. vit. Ter. 9 ed. Wessner l. l. p. 10 1 *tuae* Windischmann: *hae*, *he* ll. ⟨ ⟩ add. Fleckeisen 2 *sive* unus *qui iura* ll.: em Ritschl *populis retentibus* A: *p. recensentibus* rell. 3 ⟨ ⟩ inser. Ritschl **4** Suet.-Don. vit. Ter. 3 ed. Wessner l. l. p. 5 *sumeret(ur)* v. l. *haec ira* A: *hechirra* rell. *exilis* Bergk: *ex his* ll.
**1** Gell. 19, 9, 11 2 *mi(c)hi* ll. *quaeram*? vulgata *verba* duo: *membra* rell. *obeunt* Baehr. 3 ⟨ ⟩ add. Usener: ⟨*stupido*⟩ CFW Mueller: ⟨*gelidus*⟩ Peiper 4 *si* ll. praeter duo *stupidus* Mueller: *rubidus* Peiper *dum pudeo* Usener: *duplideo* ll.: *duplo ideo* vulg.: *dupliciter* Buettner

**2** (2) quid faculam praefers, Phileros, quae nil opus nobis?
ibimus sic, lucet pectore flamma satis.
istam nam potis est vis saeva extinguere venti
aut imber caelo candidus praecipitans.
at contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
nullast quae possit vis alia opprimere

## Q. LVTATIVS CATVLVS

**1** (1 *Baehr.*) aufugit mi animus. credo, ut solet, ad Theotimum
devenit. sic est: perfugium illud habet.
quid, si non interdixem, ne illunc fugitivum
mitteret ad se intro, sed magis eiceret?
ibimus quaesitum. verum, ne ipsi teneamur,
formido. quid ago? da, Venus, consilium!
**2** (2) constiteram exorientem Auroram forte salutans,
cum subito a laeva Roscius exoritur.
pace mihi liceat, caelestes, dicere vestra,
mortalis visus(t) pulchrior esse deo

## POMPILIVS

**1** (*Ribb. trag. p. 263*) heu quá me causa, Fórtuna, infesté premis?
**2** (2 *Baehr.*) Pacvi discipulus dicor, porro is fuit Enni,
Ennius Musarum. Pompilius clueor
**3** (1) ridiculum est, cum te cascam tua dicit amica,
fili Potoni, sesquisenex puerum.
dic rusum Pusam: sic fiet ‘mutua muli’:
nam vere pusus tu, tua amica senex

---

**2** Gell. 19, 9, 12 cf. Pomp. wandinschr. 585 1 *quid: qui* v. l. *qua* v. l. *ni(c)hil est opus* ll. *nobis* om pars codd. 2 *pectoris* Baehr. 3 *nam* Turnebus: *non* ll., unde *praecipitans*? Iac. Gronov.: *nunc* vel *mox* Baehr. 4 *concitus* Baehr. 5 *si* om pars ll.

**1** Gell. 19, 9, 14 cf. Callim. epigr. 41 Wil. Anthol. Pal. 12, 73 Fronto p. 4 N. 1 *offugit* v. l. *mi(c)hi* ll. 3 *quid: qui* v. l. *non: nunc* Piazza *interdixissem* v. l. *illinc* unus 5 *verbum* ll. *ne* om pars ll. *ipsititen.* ll.
**2** Cic. nat. deor. 1, 79

**1** Varr. ling. 7, 93 **2** Non. 88 (Varro Ὄνος λύρας, cf. Menipp. 356 B.) 1 *pacuvius* ll. 2 *Enniu'* edd. **3** Varr. ling. 7, 28 (*Papini epigrammation*. sed cf. Goetz-Schoell p. 101 adn.) ad 4 ex. cf. Prisc. GL II 90, 2 1 *amici* trad. 3 *dicit pusum puellam pusam: dic rusum pusam* (*Pusam* Varr. edd.) Baehr.: *dic tu illam pusam* Turnebus *mutuam* trad.

# L. POMPONIVS

**1** (2 s *Ribb. com.*) quí postquam tibi adpáreo atque aedítumor in templó tuo,
néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust

**2** (4 s) ne quís miretur, cúm tam clare tónuerit,
ut, sí quis dormitáret, expergísceret

**3** (7) át ego rusticátim tangam, úrbanatim néscio

**4** (9 [1]) tum praé se portant áscendibilem sémitam,
quam scálam vocant

**5** (12) atque aúscultare dísce, si nescís loqui

**6** (13) exílui de nocte ád molam fullóne festinátim

**7** (17) métuo illum: iocári nescit, lúdit nimium insániter

**8** (18) occídit taurum tórviter, me amóre sauciávit

**9** (23) clándestino tácitus taxim pérspectavi pér cavum

**10** (27 s) dántor Dossenno ét fullonibus públicitus cibária

**11** (30 s) nóli, quaeso, iráscere:
móre fit, moríri suam quisque úxorem ut velit – ◡ –

**12** (32) sí quid expalpáre possim ab íllo – ◡ – ◡ –

**13** (33) vós istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem

**14** (34) víx nunc quod edim invénio: quid nam fíet, si quam dúxero?

**15** (42) scío pol te illam amáre efflictim – ◡ – ◡ – ◡ –

**16** (43 s) possum éxorare té ut recedas á me paulispér modo? —
quantísper sat habes?

**17** (45 s) lónge ab urbe vílicari, quó erus rarentér venit,
⟨íd⟩ non vilicári, sed domināri est mea senténtia

---

**1** Non. 75 (Aeditu⟨m⟩us) 1 = Gell. 12, 10, 7 ⟨ 1 *tibi* Gell.: *ubi* Non. *aedituor* Non.: 'aedem tueor' *tuo* om Non. 2 *mortalibus* L: *immortalis* Bothe *ullo* v. l.: om al. *miserius est* ll. **2** Non. 473 (Agamemno suppositus) 1 *mirarctur* ll. **3** Non. 166. 408 s (Aleones) '*rustice*' '*circumveniam*' ⟨*nam*⟩ *urb.* edd. **4** Schol. Stat. Theb. 10, 841 (Armorum iudicium) 2 *vocitant* B. Schmidt **5** Non. 246 (Asina) **6** Non. 514 (Asinaria) *fullone* gen. **7** Non. 509 cf. Prisc. GL III 70 (Auctoratus) *locari* L **8** Non. 516 *torbiter* ll. *me amores amavit* ll.: em Lipsius **9** Non. 178 (Bucco adoptatus) '*sensim*' '*occulte*' *cautum* optt. **10** Non. 513 (Campani) *dator dosenno* ll. *fulloni* Mue *publiciter* ll. contra lemma **11** Non. 127 (Citharista. cf. Κιθαριστής Antiphanis et Menandri) 1 *neli* L 2 *suam* ⟨*vir*⟩ Ribb. *quisque* om L *ut uxorem* Ribb. **12** Non. 104 (Collegium) '*elicere*' **13** Non. [1]39 (Concha) [2]292, 26 *isti* Non.[2] v. l. *manet* ll. **14** Non. 507 (Condiciones) '*edam*' **15** Non. 104 (Dotata) *sci* G[1] '*vehementer*' **16** Non. 511 **17** Non. [1]164. [2]186 1 = [3]515 (Ergastilus) 1 *vilicariae* Non.[3] ll. *herus*, *eris*, *rus* v. l. 2 *mea est* Non.[2] ll.

**18** (48 s) quin érgo, quandò cónvenit, conpléctite? —
mi fráter, salve! — ó soror, salvé, mea!
**19** (50) fácite ut ignis férvat, ligna insípite, far concídite
**20** (51 s) Mars, tíbi voveo factúrum, si umquam rédierit,
bidénti verre
**21** (53) íta velim faciás: iam pridem vólo lavatriná lavi
**22** (54) heús aptate, púeri, munde atque ámpliter convívium!
**23** (55 s) 'décimus mensis ést cum factum est'. — 'íta fit, ita sempér solet:
décumo mense démum turgens vérminatur, párturit'
**24** (63) quíd futurum est, sí pol ego hanc díscere artem atténderim?
**25** (66) iam égo inibi adero: dum égo revortor, áge, anus, accinge ád molas
**26** (67 s) périi! non puéllula est nunc. quíd abscondisti intér nates?
**27** (69) incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem
**28** (71 s) nam cibária
vicém duorum sólum me comésse – ◡ cóndecet
**29** (74) símile est, quasi cum in caélo fulgit própter lunam Lúcifer
**30** (75 s) praéteriens vidít Dossennum in lúdo reverecúnditer
